Nullus potestas vel officialis communis Plac(entie) vel alia quevis singularis persona, collegium⁶| vel universitas habere possit de peccunia communis Plac(entie), nisi habeat bolletam a rectore et anzianis et⁷| capitaneo communis Plac(entie) bullatam, que bolleta sit registrata in actis dictatorum communis et per⁸| eos scripta.⁹

XVII. *De confessione potestatis super solucione salarii sui¹⁰*

Potestas teneatur per publicum instrumentum facere confessionem camarario communis¹¹| Plac(entie) de omni solucione salarii sui t(em)pore quo recipiet ultimamolucionem salarii sui.¹²

de salario potestatis^q

XVIII. Item statutum est quod elligantur per dominos ancianos qui pro t(em)poribus fuerint duo camararii¹³| et habeant ambo camararii singulis diebus quinque sol(dos) Plac(entinorum), silicet duos sol(dos) et sex denarios¹⁴| pro quolibet, quorum officium duret per sex menses tantum a die quo ceperint regere¹⁵| dictum officium; et qui

^o nel margine sinistro.

^p nel margine sinistro.

^q nel margine sinistro.

camararii admininus debeant esse etatis pro quolibet .XL.¹⁶] annorum et qui sint et fuerint homines bone fame et condicionis et cives Plac(entie), patres ¹⁷] familias. Et quilibet qui electus fuerit ad dictum officium, ipso finito officio, non ¹⁸] posit iterum elligi ad dictum officium, usque ad unum annum a die officii ipsius finiti. ¹⁹] Et quod ambo dicti camararii debeant scribere et scribi facere in uno libro sin²⁰] gulis diebus omnes introytus et exitus denariorum quos recipient et expendent. Et ²¹] quod dicti camararii, qui pro t(em)poribus fuerint, simul et communiter debeant officium eorum facere ²²] et nullo modo ipsum officium possint inter se dividere. Et quod teneantur singulis ²³] mensibus et tocens quociens fuerint requisiti ex parte communis Plac(entie) reddere rationem ²⁴] eorum officii, et si aliquid per dictos camararios reciperetur quod in introytu ipsorum ²⁵] scribere obmiserent quod teneantur ad quaduplum eius quod obmisserit scribere. Ita tamen ²⁶] quod dicti camararii, antequam officium camare administrent, teneantur et debeant prestare ²⁷] bonos et ydoneos fideiussores cives Plac(entie) et qui possideant in episcopatu Plac(entie) bona ²⁸] immobilia, quorum camarriorum et fideiussorum ipsorum quilibet in solidum teneatur ²⁹] de officio ipsorum bene et legaliter faciendo. Et quando fuerint requisiti ut rationem ³⁰] eorum reddant quod eam reddent. Et quod camararius iverit de dicto officio bene ³¹] et legaliter exercendo. Qui fideiussores ipsorum camarriorum sint saltem decem, ³²] videlicet quinque pro quolibet camarario, et hec omnia debeant fieri et observari ³³] tam per presentes camararios quam per futuros et quolibet mense reddant rationem ³⁴] introytus et exitus ipsorum in consilio generali.||^{4v}

XVIII. Rubrica qualiter et quando syndicatores potestatis elligi debeant¹
de sindicatu sindicatoris^r

Teneatur rector sive potestas prima vel secunda die introytus sui regiminis congregare ²] consilium generale in quo elligantur septem syndicatores potestatis predecessoris sui ³] et eius familie, silicet unus pro qualibet porta et aliis indiferenter, inter quos sint ⁴] unus iudex de collegio iudicum Plac(entie) et unus notarius de collegio notariorum Plac(entie) et ⁵] alii layci, quorum electio fiat secundum quod ipsi consilio placuerit, qui habeant pro quolibet ⁶] eorum viginti sol(dos) pro eorum salario.⁷

XX. Rubrica de officio iudicum rationis⁸
de officio iudicu^s

Iudices rationis ad civiles causas ad bancum Grifoni et Cervi deputati posint et ⁹] teneantur reddere ius indiferenter cuicunque conquerenti, tam de civitate Plac(entie) quam ¹⁰] districtu vel aliunde, et tam clericu quam layco, modo infrascripto, videlicet quod per iudicem rationis ¹¹] deputatum ad bancum Cervi reddatur ius hominibus et personis trium portarum, silicet ¹²] porte sancti Antonini, porte sancti Laurencii et porte Nove, et deguriarum de ultra ¹³] Nuriam et de ultra Ardam. Et per iudicem rationis de banco Grifonis ius ¹⁴] reddatur hominibus et personis aliarum trium portarum, silicet porte

^r nel margine sinistro.

^s nel margine sinistro.

sancte Brigide, porte¹⁵ Mediolanensis et porte Gariverti, et deguriarum deintus Nuriam et Treviam et¹⁶ de ultra Treviam. Et si aliter factum fuerit quicquid factum fuerit sit cassum et¹⁷ nullius valoris, et hoc non habeat locum in pendentibus et preteritis causis vel litibus¹⁸ et quod stent in palacio. Et banca ipsorum ordinentur per comune Plac(entie) intus¹⁹ palacium inferius.²⁰

XXI. *Rubrica de hiis ad que potestas sive rector principaliter tenetur et iudices et familia eius²¹*

Teneatur potestas sive rector dare operam cum effectu infra tres menses ab in²³ troytu sui regiminis, inquirere toto posse bona, iurisdiciones et iura et res²⁴ communis Plac(entie), tam salariorum, castrorum, iurisdicionum, domorum, possessionum et rerum²⁵ cuiuscumque condicionis et qualitatis existant. Et ea sic reperta poni facere in²⁶ registro communis Plac(entie) absque mora.²⁷

XXII. *Rubrica de absencia eius de cuius negocio tractatur in consilio²⁸*

Quociens aliquid in aliquo consilio generali vel speciali est tractandum vel fiendum²⁹ de aliqua re que tangat potestatem vel eius familiam vel alium quencumque³⁰ principaliter, potestas vel ille de cuius negocio principaliter agitur absint et remo³¹ veantur de dicto consilio. Alioquin, potestas sive rector incurat penam ||^{5r} quinquaginta librarum Plac(entinorum) et quicquid factum fuerit in favorem eius de cuius negocio age¹ batur non valeat ipso iure.²

XXIII. *Rubrica non debet iudex se intromittere de officio alterius iudicis³*

Nullus ex iudicibus potestatis possit se intromittere de officio alterius, nisi ex⁴ comissione sibi facta a potestate que appareat per publicam scripturam, in pena⁵ viginquaque librarum Plac(entinorum) et etiam sit irritum si secus fuerit atemptatum.⁶

XXIII. *Rubrica de officio militum potestati⁷*

de complemento regiminis potestatis¹

Millites autem rectoris sive potestatis toto eorum posse teneantur dare consilium⁸ et adiutorium et favorem potestati faciendi et co(m)plendi suum regimen et⁹ potestariam usque ad finem ad maiorem honorem et utilitatem et bonum statum¹⁰ civitatis et hominum Plac(entie) et districtus et quicquid eis comissum fuerit per¹¹ ipsum potestatem seu rectorem pro comuni Placen(tie) bene et fideliter facere. Ita¹² tamen quod ipsi millites non possint nec debeant se intromittere de officio iudicium¹³ seu aliquo officiorum iudicium. Verum liceat eis occasione rixarum et sturmi et malleficii¹⁴ et similium capere et capi facere et detineri facientes seu facientem predicta¹⁵ vel aliquod

¹ nel margine sinistro.

predictorum et ab eo vel ab eis tollere securitatem et eos presentare¹⁶ et presentari facere coram potestate et similia facere que pertinent ad officium millitum.¹⁷

XXV. *Rubrica non debet potestas vel eius milis nec eius familia percutere aliquem¹⁸ de percutione^u*

Statutum est quod potestas seu rector vel aliquis societatis eius seu familie non percuciat¹⁹ vel percutere possit gladio vel fuste seu baculo vel manu aliquem civitatis Plac(entie) vel distric²⁰tus, nisi esset in hostili ca(m)po vel prope inimicos, vel nixi esset in rixa quam aliter dividere²¹ non possit, sub pena quinquaginta librarum Plac(entinorum).²²

XXVI. *Rubrica de restituzione rerum acquisitarum ad incantum²³ de restituzione rerum ad incantum^v*

Potestas sive rector nec aliquis de sua familia nec aliquis forensis possit²⁴ emere nec recipere rem aliquam communis vel que debeat devenire in comuni nec eciam pignus²⁵ aliquod nec aliud ad incantum, sub pena .X. librarum Plac(entinorum). Et quilibet emptor teneatur²⁶ reddere pignus infra octo dies ei cuius fuerit res restituto sibi precio cum expensis²⁷ iustis, sub pena decem librarum emptori hoc facere recusanti.²⁸

XXVII. *Rubrica de portis potestatis tenendis apertis²⁹*

Reddat se facillem ut possit adhiri potestas et teneat hostia et portas³⁰ apertas et patentes a mane usque ad terciam et a nona usque ad vespertas, nisi³¹ hora comedionis vel alia iusta causa intercedat.³²

XXVIII. *Rubrica de sedendo ad bancha horis consuetis³³*

Omnis iudices potestatis sive rectoris, si in civitate fuerint, teneantur bis ||^{5v} in die sedere horis consuetis publice ubi ius redi consuevit ex eorum officio, exceptis¹ diebus ieunii in quibus semel in die sedere eis sufficiat. Et potestas bis in edomada sub² palacio comunis ubi ius redditur sedere publice pro tribunali teneatur, nisi iusto impedimento³ potestas vel eius iudices fuerint impediti, exceptis diebus feriatis quibus sedere⁴ ut premititur minime teneantur.⁵

XXVIII. *De arbitrio potestatis non tenendo⁶*

Si potestas seu rector petierit arbitrium sibi dari ab aliquo consilio Plac(entie) condemp⁷netur et incidat in penam trecentarum librarum Plac(entinorum). Et ipsum arbitrium non valeat ipso iure.⁸ Et si quis hoc proposuerit vel consuluerit in pena centum librarum incidat ipso facto.⁹

^u nel margine sinistro.

^v nel margine sinistro.

XXX. *De festo sancte Marie et sancti Antonini*¹⁰

de festo sancti Antonini et beate Virginis^w

Ad honorem Dei et beate Virginis Marie potestas sive rector et capitaneus te¹¹ neantur facere fieri semel in anno festum honorabile maiori ecclesie placen(tine) in¹² Asumpcione dicte Virginis Marie pro salute animarum placentinorum civium et eorum omnium¹³ defontorum, quod fiat per potestatem rectorem et capitaneum et milites et paraticos et populum¹⁴ placentinum. Et quod omnes oblaciones in laborerii ipsius ecclesie convertantur, sicut in¹⁵ solando usque ad decem annos. Et quod potestas teneatur congregare consilium generale¹⁶ occassione dicti festi solemniter ordinandi. Eodem modo teneatur potestas circa ordinacionem festi beati Antonini martiris et militis et defensoris civitatis Plac(entie), quod¹⁸ festum de mense iulii celebratur, et sancti Donini que oblatione convertatur in laborerium dicte¹⁹ ecclesie.²⁰

XXXI. *De vacacione regiminis*²¹

de vacatione regiminis^x

Cum vacatio munerum a iure sit inducta merito duximus statuendum quod quilibet²² potestas sive rector Plac(entie) et eius iudices et milites seu socii et universa eius familia²³ cessent a tempore exitus sui regiminis vel officii per quinque annos continuos a regi²⁴mine vel officio quod habuerant in civitate Plac(entie), statuto aliquo non obstante.²⁵

XXXII. *De pace in concordia fienda*²⁶

de pace et concordia^y

Quia concordia res parve crescunt, discordia masime dilabuntur, ut bonum²⁷ publicum augeatur, teneatur potestas sive rector cum effectu omnibus remediis²⁸ pretoris quibus melius sibi videbitur expedire cives Plac(entie) inter se discordiam habentes²⁹ cogere ad concordiam et veram pacem.³⁰

XXXIII. *De campana communis*³¹

de pulsatione campane^z

Campanam communis teneatur potestas facere pulsari horis consuetis, videlicet in³² aurora diei una vice, et circa horam prime tribus vicibus interpolatis, et post³³ nonam hora consueta tribus vicibus interpolatis, et circa horam completorii propter³⁴ salutationem beate Virginis Marie fiendam ter, et in prima hora noctis hora³⁵ consueta ne gentes discurant per civitatem tribus vicibus interpolatis et in qualibet³⁶ vice pulsetur ipsa campana viginti ictibus aliquantulum rarissima ad hoc ut unus¹ quisque posit audire ipsam campanam et ad domum se reducere.²

^w nel margine sinistro.

^x nel margine sinistro.

^y nel margine sinistro.

^z nel margine sinistro.

XXXIII. *De meretricibus*³

de meretricibus publicis^{aa}

Nulla meretrix publica habitet vel permitatur habitare infra fossata civitatis, nec eciam⁴ questum corporis facere subtus palacium vel in platea seu circa plateam communis⁵ Plac(entie). Et teneatur potestas sive rector predicta prohybere cum effectu. Et de viciniis⁶ civitatis infra dicta fosata sytis, ad requisicionem massarii seu alicuius ex vici⁷nis, ipsas expelere quociens sibi notificatum et requisitum fuerit, in pena viginti⁸ quinque librarum Plac(entinorum), quam incurat potestas ipso facto. Quibus meretricibus infra dicta loca⁹ nullus locet vel tradat domos ad habitandum, in pena centum sol(dorum) Plac(entinorum). Et de¹⁰ ipsis domibus potestas nichilominus in pena predicta vigintiquinque librarum eas expelere¹¹ teneatur.¹²

XXXV. *De procesibus maleficiorum et eorum consignacione*¹³

de procesibus maleficiorum^{bb}

Super quacunque acusa, denunciacione vel inquisicione, que vertitur coram iudice¹⁴ maleficiorum, posit et teneatur potestas et ipse iudex cognoscere et procedere diebus¹⁵ feriatis et non feriatis. Et potestas sive rector teneatur ipsas acussas, denunciaciones¹⁶ vel inquisiciones, sive fuerint incoate coram ipso sive coram predecessore suo, terminare¹⁷ diebus feriatis et non feriatis, infra duos menses a die contestacionis vere vel ficte¹⁸ numerandos, condemnando vel absolvendo in pena vigintiquinque librarum Plac(entinorum) qualibet vice¹⁹ qua contra duxerit faciendum, quam penam incurat ipso facto. § Et ut predicta cicius²⁰ valeant expediri, teneantur notarii, qui t(em)poribus predecessorum potestatum fuerunt ad male²¹ficia deputati, in pena decem librarum Plac(entinorum) consignare omnia acta maleficiorum que habuerint²² t(em)pore sui officii potestati, infra mensem ab introytu regiminis ipsius potestatis.²³

XXXVI. *De detentione personarum ex causa maleficii*²⁴

de detentione debiti privati^{cc}

Nemo detineatur personaliter per potestatem vel rectorem vel eius iudices seu per aliquem²⁵ officialem comunis Plac(entie) pro aliquo delicto, si paratus fuerit prestare ydoneam securitatem,²⁶ nisi pro maleficio pro quo deberet personaliter puniri. Quod si secus fecerint potestas²⁷ penam vigintiquinque librarum Plac(entinorum) et quilibet alias officialis incurant ipso facto.²⁸

^{aa} nel margine sinistro.

^{bb} nel margine sinistro.

^{cc} nel margine sinistro.

XXXVII. *De mitendo ad mercata iudicem vel militem²⁹
de mercatibus fiendis in episcopatu Plac(entie)^{dd}*

Potestas sive rector teneatur mitere unum ex iudicibus vel militibus suis ad ³⁰| quodlibet mercatum, quod sit in episcopatu a civitate Plac(entie) infra quatuordecim ³¹| miliaria, ut per hoc risse cessent et banniti capiantur, quod locum non habeat ³²| in mercatis Florenciole et Castri Sancti Iohannis.³³

XXXVIII. *Rubrica de eleccione consilii generalis et generalissimi³⁴
de electione consilii generalis^{ee}*

Ut perfecius Placencie civitas gubernetur, statuerunt quod decetero fiat et elligatur ^{l^{6v}} consilium generale ipsius civitatis hoc modo, videlicet quod per dominos ancianos populi, qui ¹| modo sunt vel pro t(em)poribus fuerint, elligantur sex sapientes pro qualibet porta, qui sex ²| habeant bayliam et teneantur elligere trecentos consiliarios numero per portam. Et illud sit ³| consilium in quo omnia necessaria pro comuni fiant et quicquid in ipso factum fuerit valeat et ⁴| teneat ac si factum esset per universam civitatem. Et sint boni et publici cellatores, ⁵| quorum consiliariorum quilibet sit etatis viginti annorum adminus. Quos consiliarios ⁶| sic electos cogat potestas corporaliter iurare de consulendo, consciendo et ordinando ⁷| quicquid pro bono comuni ipsius civitatis crediderint expedire. Et quando congregabitur ⁸| ipsum consilium ad aliquid ordinandum, esse debeant quingenti adminus ex dictis ⁹| consiliariis, in quo consilio non intersint aliqui qui non sint de ipso, nec in eo posint ¹⁰| proponi seu fieri ultra quatuor poste seu articuli, et quod nullus consulat ultra id ¹¹| quod in ipsis postis et articulis continetur. Et quicquid fiet per maiorem partem ipsorum consili¹²|ariorum, facto partito inter eos palam vel per scrutinium secretum prout eis videbitur, ¹³| valeat et teneat in totum et per totum perinde ac si factum esset per universum populum ¹⁴| Plac(entie). Salvo quod quando fiendus esset syndicus, occasione electionis potestatis, ¹⁵| vel denunciandi potestariam, seu promitendi salario potestatis vel syndici, qui ¹⁶| syndicare habeant potestatem vel alium officiale, vel syndici ad vendendum gabellas ¹⁷| seu introytus communis Plac(entie) publice ad incantum, seu quando camararius vel alius ¹⁸| officialis redderet in consilio rationem, tunc non habeat locum dicta solemnitatis, sed ¹⁹| suficiat maior pars consiliariorum qui in dicto consilio fuerint congregati. § Hoc ²⁰| videlicet observando quod potestas teneatur antequam congregetur pro aliqua re consilium ²¹| generale facere ipsum preconizari per civitatem et causam propter quam habeat congregari. ²²| § Premissa vero non habeant locum in consilio in quo dantur brevia et officiales ²³| communis Plac(entie) elliguntur. § De quo consilio quod vocabitur decetero consilium ²⁴| generalissimum possint esse omnes cives Plac(entie) maiores quatuordecim annis. ²⁵| In quo fiendo servetur talis ordo, quod potestas per octo dies ante faciat preconi²⁶|zari quod quilibet civis Plac(entie) etatis prediche, qui esse vult de dicto consilio, ²⁷| faciat scribi nomen suum per notarios super hoc deputatos. Et quicumque, qui sic se ²⁸| fecerit scribi, de ipso consilio habeatur. Et quod de in trienio in trienium ²⁹| per electores, de quibus fit

^{dd} nel margine sinistro.

^{ee} nel margine sinistro.

mencio in dicto statuto, examinetur dictum consilium³⁰ ut si aliqui ex ipsis consiliariis essent mortui vel se absentassent quod in³¹ locum eorum alii ponantur et posint addere et detrahere dicto consilio prout³² melius videbitur eis du(m)modo remaneat in numero predicto et fiant³³ hec predicta de mense marci.^{17r}

XXXVIII. *De fossatis communis¹*

de fossatis aptandis^{ff}

Singulis duobus mensibus teneatur potestas sive rector videre seu videri facere omnia fossata ma²gna vel parva communis Plac(entie) et sapellos existentes in civitate Plac(entie) vel circa ipsam civitatem et facere ap³tari ubicumque fuerint devastata seu destructa et nichilominus punire ipsos devastantes.⁴

XL. *De statutis servandis⁵*

de statutis servandis^{gg}

Potestas sive rector et eius iudices et quilibet officialis communis Plac(entie) teneantur observare statuta,⁶ provissiones et reformaciones communis Plac(entie) facta et fienda, in pena quinquaginta librarum potestati et .XXV. librarum⁷ cuilibet alii officiali pro quolibet statuto non servato, si de hoc fuerint requisiti. Et si non fuerint⁸ requisiti, in pena potestati .XXV. librarum et decem librarum cuilibet officiali communis Plac(entie) pro quolibet statuto non⁹ servato.¹⁰

XLI. *Rubrica de portis videndis¹¹*

de portis videndis^{hh}

Teneatur potestas sive rector semel t(em)pore sui regiminis videre seu videri facere per se vel¹² aliquem ex iudicibus seu militibus suis omnes et singulas portas civitatis et si fuerint discoperte¹³ facere ipsas coperiri et aptari secundum quod opus fuerit.¹⁴

XLII. *De auxilio dando officialiⁱⁱ petenti per potestatem¹⁵*

de auxilio dando petenti^{jj}

Quociens potestas seu rector ab aliquo officiali communis Plac(entie) fuerit requisitus teneatur sibi¹⁶ prestare auxilium et favorem ad eius officium exercendum et effectui demandandum.¹⁷

^{ff} nel margine sinistro.

^{gg} nel margine sinistro.

^{hh} nel margine sinistro.

ⁱⁱ officiali da officiale con l'ultima -i corr. su e e m depennato.

^{jj} nel margine sinistro.

XLIII. *De mitendo unum iudicem vel militem pro inquirendo maleficia¹⁸ de homicidio facto^{kk}*

Quando aliquod homicidium diceretur factum in districtu Plac(entie) teneatur potestas mitere unum¹⁹ ex iudicibus vel militibus suis ad locum maleficii pro ipso maleficio inquirendo.²⁰

XLIII. Rubrica de officiis notariorum dandis ad brevia seu sortes et de ipsis notariis²¹ *de officiis notariorum^{ll}*

Omnia officia notariorum que dantur ad brevia vel per sortes per quinque electores elligantur²² quorum tres adminus sint concordes.²³

XLV. Quando officia dantur per brevia vel per sortes potestas non permitat aliquem notarium vel alium²⁴ stare intra barras nec aliquam importunitatem, nutum vel signum electoribus facere²⁵ re vel verbo pro officio obtinendo. Et nullus possit esse ex ipsis electoribus, nisi sit maior²⁶. X. annis.²⁷

XLVI. Nullus notarius possit habere vel retinere plura officia uno eodenque t(em)pore. Et si ad plura²⁸ officia notarius elligitur, elligat unum quod mallit. Quo facto officia alia ad que fuerat²⁹ electus aliis notariis per sortes et per brevia dentur in consilio in quo sortes dantur.³⁰

XLVII. Nemo invictus ad aliquod officium communis Plac(entie) compellatur.||^{7v}

XLVIII. Notarii qui habent officia stare teneantur horis consuetis ad eorum officia exercenda, in pena pro¹ qualibet vice .v. sol(dorum), nisi iusta causa fuerit excusatus.²

XLVIII. Duo fratres minores et non alii stent t(em)pore quo brevia dantur causa scribendi officia et nomina³ elligencium et notariorum electorum prout actenus est consuetum. Cum quibus fratribus stet unus⁴ iudex potestatis tantum nec cum vocatis ad brevia vadant aliqui de familia potestatis⁵ seu cum dictis fratribus stent aliqui de dicta familia vel aliunde. Sed dicti vocati soli intrent.⁶ Et hoc statutum legatur t(em)pore quo brevia erunt danda.⁷

^{kk} nel margine sinistro.

^{ll} nel margine sinistro.

L. Notarii qui elliguntur ad officia ad brevia vel ad sortes sint de collegio notariorum Plac(entie)^{8|} et in matriculla collegii notariorum et sint maiores .XIII. annis, nec ad ea alii aliqualiter^{9|} admitantur, sed sint penitus ab ipsis officiis exclusi et exceptati.¹⁰

LI. Siquis notarius exercuerit officium malleficii vel viciualium sive ad hoc fuerit electus^{11|} sive eum exercuerit nomine alieno, cessen omnino a dictis officiis per sex menses subsequentes,^{12|} nisi ad ipsa officia vel alterum eorum pro sex mensibus subsequentibus ad brevia vel ad sortes^{13|} sit electus.¹⁴

LII. Quilibet de civitate vel episcopatu Plac(entie) oriondus, qui fuerit investitus de officio nota^{15|}rie ab eo qui habet ab imperio iurisdictionem hoc faciendi, si est maior .XIII. annis,^{16|} si est filius vel frater vel habiaticus alicuius notarii, et si fuerit alias de civitate vel^{17|} episcopatu Plac(entie) oriundus et sit maior .XVIII. annis, possit intrare in collegium no^{18|}tariorum. Et consules teneantur eum admitere et in matriculla collegii notariorum scribi^{19|} facere, du(m)modo prius examinetur per ipsos omnes consules, si adesse ad hoc voluerint,^{20|} et duodecim sapientes notarios bonos et sufficentes in latinando et scribendo et^{21|} per maiorem partem ipsorum consulum et sapientum fuerit approbatus facto scrutinio^{22|} secreto inter eos. Et si fuerit filius seu frater vel habiaticus alicuius notarii^{23|} de ipso collegio solvat ipsi collegio viginti sol(dos) Plac(entinorum), alias vero quilibet sol^{24|}vat sexaginta sol(dos) Plac(entinorum).²⁵

LIII. Ad ordinem officiorum notariorum communis Plac(entie) perpetuo observandum firmiter ordina^{26|}mus quod omnes notarii civitatis Plac(entie) de collegio notariorum elligantur per sex^{27|} menses ad officia infrascripta in tribus portis, videlicet in porta santi^{28|} Antolini, porta Nova et porta sancti Laurencii. Et in aliis sex mensibus elli^{29|}gantur in porta sancte Brigide, porta Mediolanensi et porta Gariverti. Et sic^{30|} deinceps per sex et sex menses servetur ordo prelibatus inter ipsas portas. Et ||^{8|} quod sint et elligantur ad sortes et brevia in consilio generalissimo more solito in ipsis tribus^{1|} portis sex notarii, videlicet duo pro qualibet ipsarum trium portarum, ad maleficia; et duo^{2|}decim ad officia racionis redende bancorum Cervi et Grifoni, videlicet duo pro qualibet^{3|} dictarum trium portarum ad quodlibet bancum cuiuslibet iudicum racionis; et duo pro^{4|} qualibet dictarum trium portarum ad camaram communis; et tres ad officium capitanei,^{5|} videlicet unus pro qualibet ipsarum trium portarum; et tres ad ditariam, videlicet^{6|} unus pro qualibet dictarum trium portarum; et duo ad officium salis; et unus ad^{7|} officium pignorum, videlicet unus pro qualibet dictarum trium portarum; et tres notarii^{8|} ad officium officialis stratarum, poncium et viarum et operum publicorum tam civitatis^{9|} Plac(entie) quam districtus, silicet unus pro qualibet porta in dictis tribus portis; et unus^{10|} notarius potestatis Florenciole, unus potestatis Valis Arde, unus potestatis Valis Ceni,^{11|} unus potestatis Valis Tarii, unus potestatis Bobii, unus potestatis Castri Sancti Iohannis,^{12|} unus potestatis Roncaroli in dictis tribus portis secundum quod sors dederit in qualibet^{13|} ipsarum trium portarum. Tamen illa porta ex dictis tribus portis in qua semel perve^{14|}nerit

aliquid ex dictis officiis, videlicet potestatis Florenciole, Valis Arde, pote¹⁵ statis Valis Ceni, potestatis Valis Tarrii, potestatis Bobii, potestatis Castri Sancti Iohanis,¹⁶ potestatis Roncaroli, non habeat iterato illud officium quousque alie due porte¹⁷ illud idem officium obtinebunt. Qui notarii omnes elligantur in illa et de¹⁸ illa porta in qua scripti sunt in matricula notariorum. Et qui dictatores¹⁹ seu unus ex ipsis, quem anciani qui pro t(em)pore fuerint elligere voluerint, stare²⁰ debeat cum ipsis ancianis et scribere et facere ea omnia et singula que circa²¹ ipsum officium ancianorum fuerint necessaria. Ita tamen quod liceat ipsis ancianis²² ipsum notarium mutare quandocumque voluerint et eis placuerit, dum tamen acipient²³ unum ex ipsis tribus notariis exercentibus officium dictarie datum ad brevia pro²⁴ comuni. Et quod quilibet ex notariis supradictis habeat salarium a comuni secundum quod ante tiranidem²⁵ Galeaz Vicecomitis habere consuevit. Et quod ad officium gabelle grosse elligatur²⁶ unus notarius in consilio generali secundum quod alii elliguntur. Et quod ipsa statuta²⁷ super ipsis salariis edita in presenti volumine scribantur prout in statutis²⁸ veteribus continebatur et pro scriptis et insertis habeantur.²⁹

LIII. Statutum est quod consules notariorum, qui modo sunt et qui pro t(em)p[ore] fuerint, teneantur sacramento³⁰ facere venire coram se omnes notarios civitatis et episcopatus Plac(entie) et scribi facere nomen³¹ cuiuslibet notarii in uno quaterno et iuxta nomen eius omnes imbreviaturas quas³² penes se habet de aliquo notario defonto et nomen notarii defonti et facere³³ ipsos notarios, qui coram eis venerint, manifestare si sc[iun]t aliquam personam que³⁴ penes se habeat imbreviaturas alicuius notarii defonti similiter.||^{8v}

LV. Rubrica de instrumentis restituendis¹

Statutum est quod aliquis notarius non posit nec debeat restituere ad imbreviaturam² mortificatam instrumentum aliquod quod pertineat ambabus partibus vel alteri tantum. Et quod³ potestas vel iudices vel officiales non posint precipere alicui notario ut ipsum instrumentum⁴ restituat, nisi citata fuerit bis altera pars, et de ipsa relacione citacionis⁵ curerii fiat publicum instrumentum. Et si contra factum fuerit ipsum instrumentum pro nichilo⁶ habeatur et nullius momenti sit et sit penitus casum et iritum. Salvo quod si⁷ illa pars, que fuerit citata et cuius intererit, venerit et dixerit quod sibi placet⁸ et vult quod illud instrumentum restituatur et detur requirenti et hoc scribatur in actis et tunc⁹ notarius posit ipsum instrumentum libere restituere sine aliqua citacione. Ita tamen quod¹⁰ si pars citata comparuerit, dixerit se velle contradicere restitucioni, quod tunc¹¹ peticio seu requisicio qualis qualis scribatur in actis per illum qui petit sibi¹² restitui et super hoc procedatur sumarie et de plano, sine figura et strepitu¹³ iudicii. Ita tamen quod instrumenta clericatus, procuracionum, tutelle, cure, inventariorum¹⁴ tutorum et curatorum et quorumlibet actorum factorum inter partes possint restitui ad¹⁵ peticionem cuiuslibet requirentis cuius interest vel interesse posset absque requisitione¹⁶ alicuius persone.¹⁷

LVI. Rubrica de cureriis et tutatoribus¹⁸

de cureriis et tubatoribus^{mm}

Nullus decetero possit esse curerius communis Plac(entie), nisi sit de ipsa civitate vel episcopatu oriondus,¹⁹ et nullus qui sit famulus vel scuterius alicuius. Et teneantur omnes curerii communis presen²⁰tes et futuri iurare et dare ydoneam securitatem de decem libris coram iudice camare²¹ de suo officio legaliter exercendo, que scribantur in libro actorum seu scriptorum camare. In²² quo libro eciam scribantur omnia nomina cureriorum communis Plac(entie) per ordinem. Et ad hoc ut possint²³ cognosci ubique volumus quod omnes curerii tam presentes quam futuri teneantur, in pena²⁴ decem sol(dorum) Plac(entinorum) pro qualibet vice, quam incurant ipso facto quocienscumque duxerint contrafaci²⁵endum, portare super caput capucium vel zafardam de pano ialno cum signo ad²⁶ arma communis, que capucia seu zafarde dentur eis expensis communis Plac(entie) quolibet anno in²⁷ festo Anunciationis beate Marie Virginis de mense marci ad hoc ut predicta facilius²⁸ et melius impleantur. Que omnia teneatur potestas adimplere et facere adimpleri²⁹ in pena .XXV. librarum Plac(entinorum), quam penam incurat ipso facto si senis duxerit faciendum.³⁰ Et quod dictum est de dictis capuciis et zafardis non intelligatur in cureriis de equo³¹ qui vocantur cavalcatores.||^{9r}

LVII. In civitate Plac(entie) sint tantum sex tubatores communis qui teneantur tenere continue quilibet unum¹ ronzinum et habeant pro eorum salario a comuni quilibet mense quadraginta sol(dos) pro quilibet eorum. Qui² teneantur cridas, quas fecerint, facere per omnes portas et cruces portarum civitatis consuetas et per³ alia loca consueta in pena decem sol(dorum) quilibet vice qua contrafecerint quam penam incurant ipso facto.⁴

LVIII. Habeat curerius pro ambaxata quam fecerit in civitate vel suburbis duos denarios tantum, salvo⁵ quod de ambaxata quam fecerit in platea communis vel circa plateam habeat unum denarium tantum. Pro⁶ ambaxatis autem que fient in districtu Plac(entie) et de pignoramentis qui fient in civitate Plac(entie) et⁷ districtu habeat secundum quod convenerit inter eum et mitentem, alioquin arbitrio iudicis relinquatur.⁸ Ita videlicet quod non possit aliquis curerius recusare aliquam ambaxatam seu pignoramentum⁹ fiendam in civitate Plac(entie) vel districtu. Et ad ipsam ambaxatam vel pignoramentum fiendam¹⁰ cogatur remedii pretoris quilibet curerius, nisi pretendat iustum causam que iudicis arbitrio¹¹ relinquatur.¹²

LVIII. Quando fient cride occassione mortuorum, tubatores non acipient pro eorum labore nisi .XII. denarios¹³ pro quilibet porta civitatis in qua cridauerint ipsos defontos, ad quas cridas teneantur ipsi¹⁴ tubatores in pena .XX. sol(dorum) pro quilibet vice, et nichilominus ad predicta per iudicem co(m)pellantur.¹⁵

^{mm} nel margine sinistro.

LX. Cridas quas facient tubatores precepto potestatis vel alicuius alterius officialis faciant¹⁶ scribi ipse potestas et alii officiales qui facient eas fieri infra tres dies postquam fuerint¹⁷ facte et habeant locum in negociois communis Plac(entie) publicis tantum et aliter non valeant dicte cride.¹⁸

LXI. Statutum est quod potestas teneatur precise facere fieriolucionem tubatoribus communis de feodo eis¹⁹ ordinato omni mense et eciam cureriis habere debentibus salarium a comuni.²⁰

LXII. Rubrica quod officium extimatorum cesseret²¹
de extimationibusⁿⁿ

Quia per statuta condita super extimacionibus bonorum debencium provide est provisum,²² volumus quod officia extimatorum, qui consueverunt elligi per sortes ad brevia, penitus²³ cessent et quod decetero dicti extimators et notarii per comune Plac(entie) minime elligantur.²⁴

LXIII. Rubrica de potestatibus episcopatus Plac(entie) fiendis²⁵
de potestatibus episcopatus fiendis^{oo}

Quibuslibet sex mensibus fiat potestas Valis Tarii et fiat potestas Valis Ceni, fiat potestas valis, ||^{9v} fiat potestas Florenciole, fiat potestas Castri Sancti Iohannis, fiat potestas Bobii, qui omnes¹ potestates sint cives Plac(entie). Et habeat quilibet eorum unum notarium Plac(entie). Qui potestates et² notarii per consilium generalissimum elligantur ad brevia et habeant salario secundum quod per³ consilium generale fuerit ordinatum. Et qui potestates elligantur per septem brevia⁴ electores, quorum quatuor administrus sint concordes. Cetera autem alie potestar via⁵ illum et plani episcopatus Plac(entie) sint case et pro cassis et iritis plenius habeantur et de⁶inceps fieri non possint, et ab hodie in antea nullus possit elligi ad aliquam potesta⁷riam in episcopatu Plac(entie) exceptis predictis tantum, in pena et banno electoribus quinquaginta⁸ librarum Plac(entinorum) et electo, si contingerit eam acceptare, quinquaginta librarum Plac(entinorum). Et nichilominus eius electio sit cassa et irita salvo quod tempore guerre possint fieri, si¹⁰ comuni videbitur pro necessitate pro meliori.¹¹

LXIV. Rubrica de consulibus mercatorum et iurisdictione ipsorum et de aliis paraticis¹²
de consulibus mercatorum^{pp}

Statuimus quod consules societatis mercatorum civitatis Plac(entie) non posint nec eis liceat¹³ se intromittere, cognoscere vel terminare aliquam questionem vel causam vel de aliqua questione¹⁴ vel causa, nisi sit causa vel questio que pertineat ad mercadandiam

ⁿⁿ nel margine sinistro.

^{oo} nel margine sinistro.

^{pp} nel margine sinistro.

seu ad cambia monete¹⁵] vel ad debita contracta causa mercadandie, vel nisi de contractibus depositi vel mutuy¹⁶] inter homines societatis mercatorum tantum inhibitis pro facto mercadandie, et nisi inter¹⁷] homines societatis mercatorum tantum. Et si secus factum fuerit non valeat ipso iure,¹⁸] non obstantibus aliquibus statutis vel provisionibus vel ordinamentis ipsorum mercatorum¹⁹] vel paraticorum vel societatis seu alicuius eorum factis vel fiendis que contra predicta²⁰] non valeant ipso iure.²¹

LXV. Item statuimus quod aliquis qui non sit de societate, collegio seu paratico mercatorum²²] seu mercadandie civitatis Plac(entie) non possit ibi recipere terminum, nec se aliquid inter²³] supponere iurisdictioni ipsius societatis vel collegii seu consulum ipsius societatis,²⁴] nec possit ibi conveniri aliqua de causa, casu vel iure. Et si quis ibi terminum²⁵] receperit vel dicte iurisdictioni se supponere voluerit vel supposuerit, ipso iure dictus²⁶] terminus seu dicta supposicio et quicquid postea secutum fuerit non valeat nec teneat²⁷] in aliquo nec per consules dicte societatis mercatorum possit aliquid conveniri vel molestari.²⁸

LXVI. Nullum statutum vel reformacio vel provissio facte vel fiende per aliquos consules²⁹] vel consilium societatis mercatorum seu aliorum paraticorum vel collegiorum civitatis ||^{10r}] Plac(entie) vel per aliquos paraticos seu per aliquod consilium vel sapientes ipsorum, que¹] sint contra statuta seu ordinamenta communis Plac(entie) facta vel fienda, vel in deroga²] cionem seu diminucionem iurisdictionis communis Plac(entie) vel iurisdictionis potestatis Placencie³] vel aliquorum ex iudicibus ipsius, non valeant nec teneant ipso iure et sint omnino casse.⁴] Et nichilominus quilibet observans talia statuta vel ordinamenta, provissiones vel⁵] reformaciones factas per predictos consules vel mercatores seu paraticos vel consilia⁶] penam quinquaginta librarum Plac(entinorum) postquam ei fuerit notificatum vel denunciatum incidat⁷] ipso iure, quam penam potestas Plac(entie) exigere teneatur, salvis statutis mercatorum⁸] approbatis vel approbandis.⁹

LXVII. Nullus paraticus seu homines paratici facere valeant aliquod statutum vel¹⁰] ordinamentum contra vel in preiudicium alicuius paratici seu hominum ipsius paratici,¹¹] quod si secus factum fuerit non valeat ipso iure et nichilominus paraticus¹²] contra faciens penam decem librarum incurat ipso facto.¹³

LXVIII. Statuimus quod consules paraticorum Plac(entie) vel consiliarii seu paratici non possint¹⁴] imponere vel exigere aliquam taleam seu collectam inter homines ipsius paratici vel¹⁵] collegii, nisi ex manifesta causa, que causa exprimatur in impositione ipsius talee vel colectae,¹⁶] nec aliquis de dicto paratico vel collegio possit conveniri vel molestari occasione alicuius¹⁷] talee vel colectae, nisi causa expressa sibi fuerit et manifesta propter quam dicta talea vel¹⁸] colecta fuerit imposta, in pena vigintiquinque

librarum Plac(entinorum) consulibus et consiliariis qui^{19]} dictam taleam imposuissent seu exigерent, et nichilominus imposicio dicte^{20]} talee vel collecte non valeat ipso iure.²¹

LXVIII. Rubrica quod condempnaciones exigantur per potestatem et iudicem camare²²
de condemnationibus exigendis^{qq}

Statuimus quod potestas et iudex camare teneatur infra menses duos post
condemp²³naciones factas de aliquibus, que devenire debeant in comuni per ipsum
potestatem et alios offi²⁴ciales communis Plac(entie), de quibus dati fuerint fideiussores
seu securitates, exigere et recuperare^{25]} cum effectu in pena .L. librarum Plac(entinorum)
potestati et .XXV. librarum iudici camare. Salvo quod predicta^{26]} omnia non intelligantur
in condempnacionibus factis vel fiendis per iudices sallis. Et^{27]} eciam teneantur dicti
potestas et iudex camare exigere et recuperare omnes condempnaciones^{28]} de quibus non
fuerint date securitates toto posse suo non fingendo se in pena predicta.^{||}^{10vrr}

^{qq} nel margine sinistro.

^{rr} Il f. 10v è bianco.

[Liber secundus]

||^{11r} *Incipit secondus. Incipit liber secundus.*¹

Incipit liber secundus. Rubrica de instancia causarum²

de instantia causarum^a

Statuimus pro bono et utilitate communis Plac(entie) quod instancia cuiuslibet cause civilis excedentis³ quantitatatem vigintiquinque librarum Plac(entinorum) finiatur et sit atque intelligatur finita infra septuaginta dies⁴ utiles a die contestacionis vere vel ficte computandos. § Qui dies et instancia ordinati⁵ sint et intelligentur modo infrascripto. § Oblato enim ei libello qui ad iudicium vocatur vel ad⁶ domum eius, in ipsis causis et litibus in quibus libellus offerri debet, et in actis scripto, legitimatis⁷ personis actoris, iudicis et rei, fiat per partes litis contestacio super ipso libello infra duos dies⁸ iuridicos, *die ipsius legi optimisationis minime computata*,^b exceptione aliqua non obstante. Quibus duobus diebus ellipsis, si non fuerit⁹ facta litis contestacio per ipsas partes, habeatur et intelligatur litis contestacio facta esse ac si¹⁰ per ipsas partes vere et legitime facta esset et in ipsa causa procedatur, salvis et reservatis¹¹ utrique parti t(em)pore difinitive excepcionibus, defensionibus competentibus et competituris¹² et iuribus quibuscumque. § Lite igitur vere vel ficte ut premititur contestata, data sit et inter¹³ ligatur ab ipsa die unica tantum et perhentoria dilacio triginta dierum utilium inclus¹⁴ sive, die ipsius contestacionis minime computata, utrique parti ad probandum tam per¹⁵ testes quam per instrumenta et omne probacionum genus et ad faciendum eciam deponere¹⁶ testium dicta, dum tamen instrumenta, quibus partes uti voluerint, infra quindecim dies¹⁷ utiles a die quo dicti triginta dies currere inceperint computandos in iudicio¹⁸ producantur, quibus quindecim diebus ellipsis dicta instrumenta ulterius in dicta causa produci non¹⁹ possint. § Quibus triginta diebus ellipsis, ex tunc testes, si qui producti fuerint²⁰ in causa vel lite, intelligentur et sint aperti et publicati. Et tunc iudex teneatur facere²¹ fieri copiam partibus de ipsis testibus et dictis eorum et omnibus aliis in causa atitatis, *si fuerit requisitus per partem, quia iudex in causa civili nihil debet facere nisi ad instantiam partis.*^{c 22} § Ab ipsa vero die publicationis et aperture testium, die ipsius aperture minime²³ computata, sit et intelligatur data unica et perhentoria dilacio quindecim dierum²⁴ utilium utrique parti ad acipiendum copiam testium et aliorum atitatorum in causa²⁵ et ad deliberandum, reprobandum et reversandum testes et dicta testium ac²⁶ eciam ad reprobandum instrumenta et scripturas et omnia producta in causa vel eciam atitata. ²⁷ § Ellapso autem termino dictorum quindecim dierum utilium, artatis partibus per iudicem²⁸ cause ad dandum confidentes suos, teneatur ipse iudex, utraque vel altera parte²⁹ instante, in pena vigintiquinque librarum asumere unum vel plures de collegio iudicium³⁰ Plac(entie) sapientes ad consulendum diffinitive super dicta causa infra tres dies³¹ utiles post dictos quindecim dies computandos. Qui iudex cause infra terciam³² diem a dicta die asu(m)pcionis compellat partes ad deponendum salarium pro³³ consilio,

^a nel margine sinistro.

^b die - c(om)putata aggiunto nel sopralineo.

^c si fu(er)it - p(ar)tis aggiunto nel margine sinistro con segno di inserzione.

oppositione aliqua non obstante. Et quicumque unus vel plures fuerint ||^{11v} assumpti ad consulendum diffinitive teneantur,^d ^{5|} deposito salario, quod salarium stet in deposito nec consulti detur donec ipse consultor consilium suum infra tempus instancie dederit, ^{1|} apud acta iudicis utraque seu altera parte instante dare consilium suum in scriptis clarum et certum per quod consilium apareat quis obtinuerit et quis ^{2|} subcubuerit in ipsa causa et questione et cum expressa certa quantitate expensarum in quibus victus fuerit condemnatus et expensas ipsius consultoris ^{3|} que restituuantur per partes^e ^{4|} apud acta iudicis infra quindecim dies utiles ^{6|} a die ipsius assumptionis, dicta assumptionis die minime computata, sub pena centum sol(dorum) et ^{7|} amissionis salarii illius consilii, et nichilominus ipse consultor teneatur ad restituendum partibus omnes expensas factas in illa causa in qua fuerit assumptus, si eius defectu vel negligencia suum consilium in tempus instancie non dederit apud acta ut predictum est.^f Quod consilium sic ^{8|} datum apud acta teneatur iudex cause utraque seu altera parte instante in pena viginti^{9|} quinque librarum citatis partibus publicare et pronunciare ante finem dicte instancie septuaginta ^{10|} dierum utilium, nisi interim dicta causa esset per concordiam terminata. § Sane capitula inten^{11|}cionum ad probandum dacta per partes vel alterutram ipsarum et testes ad probandum super eis ^{12|} admitantur, salvo iure impertinencium t(em)pore disputacionis diffinitive sentencie et admittendorum. ^{13|} § Hec videlicet observando quod, lite contestata, libellus non possit mutari, emendari, cumulari ^{14|} vel aliquid in eo addi vel minui seu eciam reformari. § Siquis vero post item contestatam ^{15|} dixerit se gravatum vel gravari ab aliquo precepto, interlocutoria vel processu iudicis, quod ^{16|} gravamen interponi possit eadem vel sequenti die iuridica et non ultra, vel suis expensis ^{17|} petierit consilium sapientis, teneatur eadem die vel sequenti dare confidentes suos ad ^{18|} acipiemendu sapientem de dicto collegio et deponere salarium pro consilio, quod consilium sit suis expensis, ^{19|} et deponere decem sol(dos) parti adverse si super ipso gravamine subcubuerit aplicandos nisi ipsi ^{20|} gravamini vel consilio renunciaverit ante assu(m)ptionem sapientis. Quem sapientem ^{21|} assumptum iudex cogat ad dandum consilium suum omnibus remediis iuris infra ^{22|} octo dies iuridicos. Et quo assumpto sapiente super aliis super quibus non assumptus ^{23|} fuerit, nichilominus procedatur. Si vero dicens se gravatum vel suis expensis petens con^{24|}silium sapientis predicta non observaverit, ipso hoc intelligatur renunciasse ipsi gravamini ^{25|} et consilio quod petebat. Ita tamen quod per aliquod gravamen vel peticionem sapientis quod vel que interponeretur nullatenus ^{38|} impediatur assumptio sapientis in causa super diffinitiva debito modo et t(em)pore facta vel fienda et ^{39|} pronunciacio consilii illius assumpti in dicta causa infra t(em)pus instancie ordinata.^g ^{40|} § Preterea, si quis ex litigantibus dixerit se habere testes vel ^{26|} instrumenta extra provinciam Lombardie et ob hoc petat terminum ad probandum, detur sibi ter^{27|}minus ei perhentorius ad producendum et ad probandum arbitrio iudicis, inspectis ^{28|} locorum distancia et negotii qualitate cum moderamine infrascripto, quia ille qui petit dictam ^{29|} dilacionem requirat eam post quinque dies utiles

^d segue h(ab)ito salario utraq(ue) seu altera parte instante dare c(on)silium suum in scriptis depennato.

^e deposito salario - p(er) partes aggiunto nel margine superiore con segno di inserzione.

^f et nichilomin(us) - p(re)d(i)ct(um) est aggiunto nel margine sinistro con segno di inserzione. Segue et plus et minus arbitrio iudicis depennato.

^g ita tame(n) - ordinata aggiunto nel margine inferiore con segno di inserzione.

post litem vere vel ficte contestatam.³⁰ Et infra dictum t(em)pus consignet et deponat in publico duos sol(dos) pro qualibet libra³¹ extimationis litis. Et nomina testium quos producere intendit apud acta det in scriptis,³² que pecunia parti adverse aplicetur nisi ipsos testes et instrumenta produixerit infra dictam³³ dilacionem sibi per iudicem assignandam, qua dilacione elapsa, testes, si qui producti³⁴ fuerint per partes vel alteram earum, sint et intelligentur publicati et aperti. Et ex tunc,³⁵ ellapsso dicto termino, omnes termini et dillaciones curant et sint dati et omnia³⁶ observentur que fienda et observanda usque in fine cause supradicuntur quando ellapsi^{12r} fuerint triginta dies utiles supradicti. Et in hoc casu, dumtaxat quando modo¹ predicto datur dillacio propter testes et instrumenta existencia extra provinciam Lombardie,² possit, non obstantibus predictis, instancia cause se extendere ultra dies septuaginta utiles³ aliis nichilominus in suo robore duraturis. § Durante autem dicto termino triginta⁴ dierum utilium seu dicta dilacione, que dabitur ad probandum quando testes vel instrumenta extra⁵ provinciam Lombardie existere ut premititur dicerentur, iuretur de calu(m)pnia quam cicius fieri⁶ poterit partibus hoc requirentibus vel altera earum, quod iuramentum per principales personas⁷ prestetur, si fuerint t(em)pore dictarum dilacionum ambe partes in civitate Plac(entie) vel districtu.⁸ Alioquin, si dicte partes vel altera earum tunc non fuerint in civitate Plac(entie) vel districtu, proce⁹datur in causa absque aliquo calumpnie iuramento. Sed si ante assu(m)pcionem sapientis¹⁰ super diffinitiva per quinque dies utiles ambe partes, que fuerint absentes vel quarum¹¹ altera fuerit absens, fuerint presentes in civitate Plac(entie) vel districtu, tunc iuretur de¹² calu(m)pnia per ipsas partes principales, si ab eis vel altera earum fuerit requisitum. Quo¹³ calumpnie iuramento prestito ut est dictum, possint non obstantibus predictis fieri posiciones¹⁴ vel interrogaciones per partes vel alteram earum ante assumptionem sapientis super diffi¹⁵nativa in quacumque parte litis, nichilominus semper curentibus omnibus dilacionibus¹⁶ et terminis supradictis de quibus posicionibus detur copia in scriptis parti contra quam fient.¹⁷ Ita quod per unam diem continuam super eis valeat consulere et deliberare, eo videlicet¹⁸ intellecto quod propter iuramentum calumpnie vel posiciones prelibatas nulli processus,¹⁹ dilacio vel termini supradicti aliqualiter inpediantur vel retardentur, sed nichilominus²⁰ curant non obstantibus ipsis posicionibus vel calumpnie iuramento. § In omni vero²¹ causa vel lite que est vigintiquinque librarum Plac(entinorum) vel infra, usque in quantitatem .XL. sol(dorum) Plac(entinorum),^h procedatur per iudicem cause²² sumarie et de plano, sine figura et strepitu iudicii. Ita tamen quod instacia²³ dicte cause a die querimonie per agentem, dicta die minime computata,ⁱ triginta dies inclusive utiles non²⁴ excedat, in pena vigintiquinque librarum Plac(entinorum) iudici cause, si infra triginta dies²⁵ utiles causa non fuerit per diffinitivam sententiam terminata. Si vero non petatur certa²⁶ quantitas vel certa res, tunc durare possit instacia quemadmodum si causa²⁷ esset ultra quantitatem vigintiquinque librarum, quam penam ipse iudex cause incurat²⁸ ipso facto si per ipsum iudicem steterit. In omni vero causa, lite seu questione que est a quadraginta sol(dis) infra possit iudex cause procedere, cognoscere, terminare et diffinire su(m)arie et de plano,³⁵ sine figura et strepitu

^h usq(ue) - Plac(entinorum) aggiunto nel sopralineo.

ⁱ d(ic)ta - c(om)putata aggiunto nel sopralineo.

*iudicii, diebus feriatis et non feriatis, et sine libello vel petitione seu memoriali in scriptis et absque aliqua instancia,³⁶ prout et sicut dicto iudici placuerit et videbitur expedire, et absque aliquo consilio sapientis assumendo. Et quod nullus³⁷ possit interponere approbacionem seu nullitatem vel gravamen vel petitionem sapientis a sentencia que per ipsum iudicem in dicta causa, lite seu questione fuerit lata³⁸ usque ad dictam quantitatem .XL. sol(dorum) vel infra, aliquibus aliis statutis communis vel iuribus in contrarium loquentibus non obstantibus.^j ³⁹ § Et quia supra dies utiles sepius²⁹ nominantur, dies utiles convenit intelligi omnes exceptis diebus feriatis intro³⁰ductis in honorem Dei et sanctorum eius et aliis diebus feriatis introductis^k propter³¹ messes et vendemias, prout omnes dicte ferie in statuto communis Plac(entie) continentur,³² ac eciam feriis repentinis que introduce^l essent vel introducerentur^m et diebus³³ quibus iudex non sedet publice in loco ubi ius reddere consuevit, exceptis ||^{12v} eciam diebus quibus in causa vel lite seu super eis inter partes co(m)promissum fieret et¹ duraret. § Insuper ut omnis via cavilandi penitus afferatur, quilibet advocatus² teneatur diligenter prestare patrocinium suum in omni causa in qua fuerit avocatus³ et qualibet parte cause quocienscumque usque ad finem fuerit opportunum et procurator procu⁴racionem suam satisfacto eis de salario suo secundum quod ordinatum est vel ordinabitur⁵ dando medietatem salarii in principio cause et aliam medietatem in fine. Ita quod⁶ per eorum tarditatem processus et sentencia minime retardentur in pena vigintiquinque⁷ librarum advocato et decem librarum procuratori comuni Plac(entie) aplicanda. Notarius vero⁸ actorum teneatur ponere cellariter scripturas litis in libro actorum, *videlicet eadem die qua acta facta fuerint vel sequenti,*ⁿ et dare copiam⁹ partibus quandocumque fuerit requisitus, satisfacto sibi co(m)petenter de labore suo secundum¹⁰ quod ordinatum est vel ordinabitur. Alioquin centum sol(dorum) penam qualibet vice in¹¹curat ipso facto, *si dictus notarius contrafecerit in aliquo predictorum.*^o § Simili modo easdem penas vigintiquinque librarum *Plac(entinorum)*^p incurat ad¹²vocatus et procurator decem librarum, si asu(m)pto sapiente super diffinitiva opposuerint¹³ aliquam oppositionem, cavilacionem seu instrumentum vel scripturam de novo quominus¹⁴ lis seu causa debito termino finiatur. Et si predicti advocati et procuratores in tota¹⁵ causa non prestarent patrocinium suum, ut opportunum erit in causa, restituant¹⁶ salarium quod recepissent. Et insuper condempnetur advocatus in vigintiquinque libris et¹⁷ procurator in decem libris. Et que dicta sunt de advocationis, procuratoribus et notariis tam¹⁸ in causa principali quam appellacionis vendicent sibi locum.¹⁹*

II. Sufficiat in quolibet libello exprimere causam et nomen actionis in libello nemo²⁰ exprimere teneatur.²¹

^j in omni - obstantib(us) aggiunto nel margine inferiore con segno di inserzione.

^k -tro- nel sopralineo.

^l -tro- nel sopralineo.

^m -tro- nel sopralineo.

ⁿ videlicet - sequenti aggiunto nel sopralineo con segno di inserzione.

^o si dictus - p(re)dicto(rum) aggiunto nel sopralineo.

^p Plac(entinorum) aggiunto nel sopralineo.

III. Rubrica de appellacionibus²²

de appellationibus^q

In causa appellacionis infrascripto ordine procedatur, quia appellans in casibus quibus²³ appellare licet iuret quando appellat coram iudice a quo appellatur se nec²⁴ dolo nec calumpnia sed credens sovere iustum causam appellasse. § Qua²⁵ appellacione interposita, appellans teneatur porigere in dicta causa libellum infra²⁶ tres dies utiles inclusive, si fuerit in civitate vel habitaverit seu habitacionem²⁷ habuerit ille cui libellus debet offeri, et si in episcopatu infra quinque dies utiles²⁸ inclusive iudici ad quemque appellatum fuerit et eciam appellato seu legiptime²⁹ persone pro eo personaliter vel ad domum. Alioquin, qui appellaverit reputabitur ||^{13r} non appellans et ad execucionem principalis sentencie procedatur. § Quo libello porecto¹ et in actis dicti iudicis ad quem appellatum fuerit scripto, legitimatis personis iudicis et² actoris et rei infra duos dies utiles sequentes, *die ipsius legiptimacionis minime computata*,^r sic et intelligatur facta litis contestacio³ inter ipsas partes, excepcione aliqua non obstante, salvis et reservatis utriusque parti t(em)pore⁴ diffinitive dicte cause excepcionibus, defensionibus competentibus et competituris⁵ et iuribus quibuscumque. § Lite igitur in ipsa causa ut premititur contestata, data sit et⁶ intelligatur ab ipsa die, *dicta die contestacionis minime computata*,^s unica tantum perhentoria dilacio utriusque parti quindecim dierum⁷ utilium ad probandum de iure suo quocumque genere probacionum quod de iure sit⁸ aliud admitendum. Eo salvo quod si aliqua parcium producere voluerit aliqua instrumenta⁹ que producta non fuerant in causa principali, ipsa instrumenta producat in primis quinque diebus¹⁰ dictorum quindecim dierum utilium et aliter ipsa de novo instrumenta non producat. § Ellipsis¹¹ vero dictis diebus quindecim, ex tunc siqui testes producti fuerint in dicta causa,¹² intelligantur et sint aperti et publicati et tunc iudex teneatur facere fieri copiam¹³ partibus de ipsis testibus et eorum dictis et omnibus aliis in causa atitatis. § Ab ipsa¹⁴ vero die ultima dictorum quindecim dierum utilium, dicta ultima die minime¹⁵ computata, sit et intelligatur data unica et perhentoria dilacio utriusque parti¹⁶ decem dumtaxat dierum utilium ad acipiendum copiam testium siqui¹⁷ producti fuerint et aliorum atitatorum in dicta causa et ad deliberandum, repro¹⁸bandum et reversandum ipsos testes et dicta eorum ac eciam ad reprobandum in¹⁹strumenta et scripturas et omnia alia producta in dicta causa seu eciam²⁰ actitata. § Post vero lapsum dictorum decem dierum, iudex cause, artatis²¹ partibus ad dandum confidentes suos, teneatur, utraque vel altera parte instante,²² in pena vigintiquinque librarum Pac(entinorum) assumere unum vel plures de collegio²³ iudicum Plac(ente) sapientes ad consulendum diffinitive super dicta causa infra²⁴ duos dies utiles computandos post dictos dies decem. § In quacumque tamen parte²⁵ dicte cause, post item contestatam usque ad assumptionem sapientis super diffi²⁶nitiva, possit iurari de calu(m)pnia, fieri posiciones, interrogaciones modo et forma²⁷ qui dicuntur in stat(uto) quod loquitur de causa principali, nullo ob hoc i(m)pedimento²⁸ obstante quominus labatur instancia dicte cause per terminos prelibatos, *dum tamen* *instancia dicte appellacionis .XLIII.* *dies utiles non excedat numerandos a die*

^q nel margine sinistro

^r die - c(om)putata aggiunto nel sopralineo.

^s dicta - c(om)putata aggiunto nel sopralineo.

contestacionis, ipsa die contestacionis minime computata.¹ § Et ²⁹ quicumque unus vel plures asu(m)pti fuerint in dicta causa ad consulendum difinitive ut predicitur, ³⁰ sapientes teneantur habito salario suo, *quod salarium stet in deposito nec consultori detur donec ipse consultor consilium suum infra tempus instancie dederit in scriptis apud acta iudicium,*^u utraque seu altera parte instante, dare ³¹ consilium suum in scriptis apud acta iudicis infra quindecim dies utiles, die ipsius ³² asu(m)pcionis minime computata, sub pena centum sol(dorum) et amissionis salarii illius ³³ consilii.^v *Et nichilominus ipse consultor teneatur ad restituendum partibus omnes expensas factas in illa causa in qua fuerit assumptus,*³⁶ si eius defectu vel negligencia suum consilium infra t(em)pus instancie non dederit apud acta, et plus et minus arbitrio ³⁷ dominorum Iohannis et Luchini prelibatorum.^w ³⁸ § Quod consilium sic datum apud ³⁴ acta teneatur iudex cause predicte, utraque seu altera parte instante, in pena ^{13v} vigintiquinque librarum, citatis partibus, publicare et pronunciare infra duos dies utiles post ⁴ dictos dies quindecim supra proxime nominatos. Et quod iudex qui assumptus fuerit super ⁵ diffinitiva sententia vel interlocutoria possit et debeat cogi quandocumque ad dandum ⁶ consilium suum in scriptis, eciam post t(em)pus statutum infra quod dare debebat consilium, ⁷ ita quod propterea asumpcio de ipso facta non intelligatur esse cassa vel revocata, dum ⁸ tamen infra t(em)pus instancie dictum consilium pronuncietur et quod dicitur de dando con⁹silium per sapientem post t(em)pus infra quod dictum consilium dare debebat vendicet ¹⁰ sibi locum in causa principali. § Hoc videlicet intellecto quod dictum est in statuto ¹¹ quod loquitur in causa principali de intencionibus admitendis salvo iure i(m)pertinencium, ¹² quando videlicet testes in causa appellacionis alias producti valeant, et quod dictum est ¹³ quod libellus non possit mutari, emendari, cumulari vel in eo addi vel minui seu ¹⁴ aliquid reformari, et quod dictum est quando aliquis senserit se gravari vel suis ¹⁵ expensis petierit consilium sapientis et de sapiente assumendo et cogendo et de ¹⁶ interlocucionis certo modo et infra certum terminum terminandis, et quod dictum est quod sapiens assu(m)ptus teneatur dare consilium suum clarum et certum per quod consilium appareat quis obtinuerit ¹ et quis subcubuerit in ipsa causa et questione cum taxacione et expressa certa quantitate expensarum in quibus victus fuerit condemnandus et expensas ipsius ² consultoris per partes sibi restituendas,^x ³ eciam in causa appellacionis ¹⁷ vendicent sibi locum, dum tamen instance dicte cause appellacionis dictorum dierum ¹⁸ utilium modos vel terminos non excedat. § Sane ut appellaciones que plerumque ¹⁹ ad querenda subterfugia fuerint modo debito refrenentur, si quis appellans in causa ²⁰ appellacionis subcubuerit solvat pro pena *duos sol(dos)* pro qualibet libra extimationis litis et si lis non fuerit de certa quantitate, ipsa lis extimetur et extimata sit et intelligatur habito respectu ad salarium quod consultor habuerit a partibus,^y cuius pene medietas comuni ²³ Plac(ente) aplacet et alia medietas appellato, in qua pena hoc

¹ dum tamen - c(om)putata aggiunto nel margine sinistro con segno di inserzione.

^u quod salariu(m) - iudicium aggiunto nel soprалineo.

^v segue et plus et minus arbitrio iudicis depennato.

^w et nichilomin(us) - p(re)libatt(orum) aggiunto nel margine inferiore con segno di inserzione.

^x et q(uod) - restituendas aggiunto nel margine superiore con segno di inserzione.

^y duos sol(dos) - p(ar)fib(us) aggiunto nel margine destro con segno di inserzione. Segue si lis fu(er)it infra extimationem ²¹ quinquaginta librarum, duos sol(dos) pro qualibet libra. Et si extimatione(m) p(re)dic(t)am ²² excesserit, solvat duodecim denarios pro qualibet libra depennato.

ipso sit et intelligatur²⁴ conde(m)pnatus et eciam *in^z* expensis legitimis factis per adversarium tam in causa principali²⁵ quam appellacionis causa supradicta, de quibus pena et expensis solvendis ut predicitur²⁶ teneatur qui appellaverit coram iudice appellacionis infra octo dies utiles²⁷ post contestacionem litis dicte cause vel ante prestare apud acta ydoneam²⁸ caucionem, labentibus nichilominus dicte instance terminis prelibatis.²⁹ Alioquin, appellacioni renunciasse intelligatur, si ut predicitur dictam non dederit³⁰ caucionem.³¹

III. Quicumque appellaverit in causa civili in casibus in quibus appellare licet, si a³² sentenciis iudicium racionis duxerit appellandum, appetet ad iudicem maleficiorum.³³ § Si vero appellaverit a sentenciis iudicis stratarum vel iudicis virtualium *vel iudicis gabellarum vel iudicis gabelle salis*,^{aa} in quo³⁴ casu appellare licet, appetet ad vicarium potestatis vel ad iudicem racionis quem appellans ellegerit. ||^{14r} § Si autem appellaverit a sentenciis iudicis camare deputati ad exactiones communis Plac(entie),¹ in casibus in quibus appellare licet, appetet ad iudicem racionis quem appellans ellegerit *vel ad vicarium potestatis*.^{bb} § Si autem a sentenciis² iudicis maleficiorum, in casibus in quibus appellare licet, ut puta a sentenciis quas tulerit³ in questionibus aquarum seu rivorum, *a quacumque alia causa et questione civili*^{cc} appellatum fuerit *vel si appetetur a sententia vicarii potestatis*,^{dd} appetet ad potestatem. *Rubrica de appellatione ad p[otestatem] facta.*^{ee} Verum si apelans⁴ in causa appellacionis obtinuerit sententialiter et pars adversa ab ipsa sententia *duxerit appellandum ab ipsa sententia*^{ff} que fereretur in⁵ causa appellacionis per aliquem iudicium predictorum, eo casu appetetur ad potestatem, qui potestas⁶ nullam causam ad se per appellacionem devoluptam possit commitere alicui ex dictis iudicibus⁷ coram quo dicta causa principaliter vel per appellacionem fuerit ventilata. Sed eam comitere^{gg}⁸ debeat, *oblato appellationis libello coram eo*,^{hh} alii ex iudicibus prelibatis. Ita tamen quod in aliqua causa *vel occasione alicuius cause*ⁱⁱ idem non⁹ possit bis appellare.¹⁰

V. Potestas seu iudex ad quem fuerit appellatum teneatur appellacionem recipere¹¹ in casibus in quibus appellare licet sub pena vigintiquinque librarum Plac(entinorum).¹²

^z in nel sopralineo.

^{aa} v(e)l iudicis - salis aggiunto nel sopralineo.

^{bb} que(m) - pot(est)atis aggiunto nel sopralineo.

^{cc} a quac(um)q(ue) - civili aggiunto nel sopralineo.

^{dd} v(e)l - pot(est)atis aggiunto nel margine destro con segno di inserzione.

^{ee} r(ubrica) - facta aggiunto nel sopralineo.

^{ff} duxerit - sententia aggiunto nel sopralineo.

^{gg} segue possit et depennato.

^{hh} oblato - eo aggiunto nel margine destro con segno di inserzione.

ⁱⁱ v(e)l - cause aggiunto nel sopralineo.

VI. In causa appellacionis non recipiantur novi testes, nisi nova emerserit questio vel¹³ inciderit questio vel causa, et quod si quis subcubuerit in causa nullitatis alicuius cause vel¹⁴ questionis, quod ab ipsa causa nullitatis in qua subcubuerit non possit appellare nec eciam possit¹⁵ dicere nullam, et quod quilibet qui diceret sententiam nullam teneatur dare satisfacionem quemadmodum¹⁶ tenetur ille qui appellat, et quod causa nullitatis principalis non duret nec durare possit ultra¹⁷ t(em)pus appellacionis finiendum et predicta locum habeant in futuris questionibus tantum, et quod sen¹⁸tencia non possit dici nisi semel nulla si sucu(m)buerit ille qui dixerit semel nullam¹⁹ per illum qui eam dixerit semel nullam.²⁰

de feriis^{jj}

VII. Rubrica de feriis²¹

Statutum est dies feriatos tocius anni modo qui sequitur observandos, videlicet:²² § de mense ianuarii diem kalendarum ipsius mensis usque ad octavam inclusive; et festa²³ sanctorum Savini et Pauli apostoli agnetis Vicencii. Et quod qualibet die feriata et non²⁴ feriata possint fieri saximenta et sequestraciones et de ipsis cognosci sumarie²⁵ et de plano, sine figura et strepitu iudicii et de satisfacionibus ipsorum saximentorum prestandis;²⁶ § de mense februarii festa beate Brigide, sancte Marie Virginis Matris, sancti Blaxii^{kk} et sancti Petri et²⁷ sancti Mathie apostoli et sancte Agate marthiris; ||^{14v} § de mense marci die .XII.^{ll} festa sancti Gregorii doctoris ecclesie et die .XXV.^{mm} beate Marie Virginis.¹

§ De mense aprilis die .XXI.^{mm} festa sancti Georgii et santi Marchi evangeliste.²

§ De mense madii festa apostolorum beatorum Iacobi et Phylippi, invencio sancte Crucis, sancti³ Iohannis ante portam latinam.⁴

§ De mense iunii a kalendis ipsius mensis inclusive usque ad kalendas mensis augusti.⁵

§ De cetero mensis augusti festa sancti Bartolomei apostoli, sancti Augustini doctoris ecclesie,⁶ decolacio sancti Iohannis.⁷

§ De mense septembbris festum beate Marie Virginis et quintadecimam diem⁸ ipsius mensis septembbris usque ad quintadecimam diem mensis octubris inclusive propter⁹ vendemias et seminaciones, salvo quod t(em)pore nundinarum possit redi ius de omnibus¹⁰ pertinentibus ad ipsas nundinas.¹¹

§ De dicto mense octubris festa sancti Luche evangeliste et sanctorum Symonis et Iude¹² apostolorum et beati Donini martiris.¹³

§ De mense novembbris festum omnium sanctorum cum die sequenti in quo fit commemoracio¹⁴ defontorum et festa sancti Martini, sancti Antonini defensoris civitatis Plac(entie) et sancti¹⁵ Andree apostoli.¹⁶

^{jj} nel margine sinistro.

^{kk} s(an)c(t)i Blaxii aggiunto nel sopralineo.

^{ll} die .XII. nel sopralineo.

^{mm} die .XXV. nel sopralineo.

ⁿⁿ die .XXI. nel sopralineo.

§ De mense decembris festa sancti Nicolay, sancti Ambroxii doctoris ecclesie et vigilie sancti¹⁷ Tome apostoli inclusive usque ad finem dicti mensis propter natalios dies Domini nostri¹⁸ Iesu Christi.¹⁹

Item omnes dies dominicos et diem lune precedentem carnis pluvium usque ad²⁰ subsequentem diem mercurii inclusive et diem sabati olivarum usque ad diem octave²¹ resurecionis Domini inclusive et tres dies ante assensionem Domini propter letanias²² et diem assensionis Domini; et vigiliam Pentecostes ut ipsum diem Pentecostes cum duobus²³ diebus sequentibus; et diem primum festi corporis Domini nostri Iesu Christi. In quibus diebus omnibus²⁴ omnium litium strepitus causarum civilium conquescat. Et si aliquis processus fierent vel²⁵ sentencie fererentur in ipsis causis non valeant ipso iure, exceptis casibus in quibus²⁶ de iure comuni potest cognosci vel tractari seu litigari feriatis t(em)poribus messium²⁷ vel vendemiarum. Salvo quod quocumque t(em)pore questiones aquarum cognoscantur.²⁸

Quia in statutis communis Plac(ente) sepe habetur mencio de diebus iuridicis et^{||15r} utilibus, ut sciri valeat quibus diebus per iudicem ius redditur, volumus quo*d* iudices rationis¹ et quilibet eorum per se faciant scribi in actis separatim per se et ordinate per aliquem ex notariis² cuiuslibet eorum omnes dies iuridicos et quibus per quemlibet eorum publice ius redditur, in pena³ centum sol(dorum) Plac(entinorum), quam quilibet ipsorum incurat ipso facto qui predicta duxerit negligendum. Et si⁴ predicti dies per aliquem ex dictis notariis scripti non fuerint, incurrat quilibet ipsorum penam⁵ viginti sol(dorum) Plac(entinorum) ipso facto.⁶

§ Addicio feriarum⁷

addicio feriarum^{oo}

Statuto quod loquitur de diebus feriatis addimus, volumus et intelligimus dies infrascriptos⁸ feriatos esse et pro feriatis diebus haberi debere, videlicet:⁹

§ de mense iunii festum sancti Barnabe, sancti Iohanis Batiste, sanctorum Iohanis et Pauli;¹⁰

§ de mense iulii festa sancti Antonini, sancte Margarite, sancte Marie Madalene, sancti Iacobi apostoli.¹¹

§ de mense augusti festa sancti Petri ad vincula, sancti Dominici, sancti Systi, sancti Laurencii, festum¹² beate Marie Assumptionis Virginis gloriose;¹³

§ de mense septembribus festa sancti Mathey apostoli et evangeliste, sancte Iustine virginis et¹⁴ martiris, sancti Michaelis, sancti Ieronimi, exaltacionis sancte crucis;¹⁵

§ de mense octubris festa sancti Francischi, sancti Donini;¹⁶

§ de mense novembribus festum sancte Caterine virginis;¹⁷

§ de mense ianuarii festum sancte Agnetis, festum sancti Vicencii;¹⁸

§ de mense februarii festum sancte Aghate virginis et sancti Blaxii;¹⁹

§ de mense marci festum sancti Benedicti.²⁰

^{oo} nel margine sinistro.

VIII. Quia que propter bonum commune ordinata sunt multi licencia a statutis concessa abuten²¹tes conantur everttere utuntur ad lexionem quod provisum fuerat ad medelam provide²² restringimus statutum quod loquitur de aquis que indebet ducuntur et aufferuntur²³ quod credatur domino seu possessori aque dampnum passo usque in viginti sol(dos), volentes²⁴ quod de quantitate dampni sibi acussatori non credatur suo dicto vel sacramento,²⁵ nisi quatenus probaverit legi timis documentis. Salvo quod dicitur in dicto statuto²⁶ de penis solvendis comuni et quod presumatur aquam accepisse ille in cuius pra²⁷tis vel terris inventa fuerit dicta aqua volumus inviolabiliter observari, eo²⁸ adiecto quod dicta presumptio de qua fit mencio in dicto statuto secundum ad penam ||^{15v} communis in dicto statuto contentam pro probacione legitima habeatur, et eciam quantum ad¹ hoc quod accusatus abstulerit dictam aquam et dederit dampnum. Sed de quantitate da(m)pni² probet acusator per testes dignos fide. Et aliter nisi modo predicto statutum de quo fit³ mencio non vendicet sibi locum.⁴

VIII. Rubrica de curatore bonorum⁵

de curatore bonorum^{pp}

Si citacio facta fuerit quod aliquis compareat coram iudice vel quod si quis vult esse⁶ heres vel defendere bona alicuius compareat coram iudice infra terciam diem,⁷ si citacio facta fuerit in civitate Plac(entie), si vero in districtu infra quinque dies,⁸ et infra dictum t(em)pus nemine legitime comparente hoc ordine ulterius procedatur,⁹ videlicet quod ellapso termino fiat proclamacio in plateis communis maioris ecclesie et¹⁰ burgi et per singulas portas civitatis Plac(entie) in locis consuetis et in contrata in qua¹¹ habitat vel habitare consuevit ille contra quem vel eius bona proceditur, si habitat vel habitare¹² consuevit in civitate, et si habitat vel habitare consuevit in districtu, fiat proclamacio¹³ in dictis plateis et locis et iuxta portam civitatis per quam itur ad locum ubi habitat¹⁴ vel habitare consuevit ille contra quem vel eius bona proceditur, quod si quis vult defendere¹⁵ eum vel bona eius vel esse heres vel defendere bona eius contra quem proceditur¹⁶ quod co(m)pareat coram iudice coram quo agitur usque ad octo dies subsequentes, die¹⁷ ipsius proclamacionis minime co(m)putata. Quo ellapso termino, si nullus legitime¹⁸ co(m)paruerit fiat secunda proclamacio in dictis locis quod omnes creditores predicti contra¹⁹ quem vel eius bona proceditur compareant cum cartis et iuribus eorum et scribi faciant²⁰ in actis nomina eorum et id quod petunt coram dicto iudice usque ad octo dies subse²¹quentes, non computata die ipsius proclamacionis, quia iudex vult dare et con²²stituere curatorem bonis ipsius et procedere ad ipsam curatoris dacionem. § Post²³ que nemine co(m)parente dari possit curator ipsis bonis ad postulac(ionem) eius²⁴ qui predictas proclamaciones et processus fieri fecit. § Si vero infra dictum terminum²⁵ comparuerint creditores et, ut premititur, fecerint scribi in actis nomina eorum²⁶ et id quod petunt, statuatur ipsis creditoribus, predicto termino ellapso, pro termino²⁷ certa dies per iudicem seu ex parte eius instante aliquo ex dictis creditoribus,²⁸ quia intendit et vult dare ipse iudex ipsum curatorem ut sint coram eo²⁹ occasione dacionis ipsius curatoris. Et tunc ipsis comparentibus vel si aliqui³⁰ absint ad postulac(ionem)

^{pp} nel margine sinistro.

comparencium, videlicet maioris partis eorum, det et ||^{16r} constituat iudex ipsum curatorem. Quam maiorem partem intelligimus habito respectu ¹| ad debitam quantitatem vel rem. § Qui curator legitime constitutus faciat inventarium ²| de bonis predicti antequam aliquid gerat vel administret. § Quo facto, fiat tercia proclama³|tio in dictis locis quod omnes creditores predicti contra quem vel eius bona proceditur compareant ⁴| usque ad decem dies subsequentes, non computata die ipsius proclamacionis, cum eorum ⁵| cartis et iuribus coram iudice ad postulat(ionem) dicti curatoris, quia vult facere solucionem ⁶| creditoribus per ordinem. § Et ad hoc nullus valeat ignorare, omnes proclamaciones ⁷| predice fiant in locis predictis publice et alta voce per tubatorem comunis Plac(entie) premisso ⁸| sono tube, ita quod de qualibet proclamacione tubator ultra duos sol(dos) Placen(tinorum) non ⁹| acipiat. Et si tubator recusaret, ad hec eciam invictus per iudicem compellatur. ¹⁰| § Quibus paratis, legitimatis debitibus per ipsos creditores, teneatur curator facere soluc(ionem) ¹¹| per ordinem ipsis presentibus creditoribus qui venerint. Ita quod instantibus ipsis creditoribus ¹²| qui comparuerint, ut predicitur, teneatur curator facere eis creditoribus solucionem per ¹³| ordinem preponendo aliis eos qui habuerint pociora iura. Et *ut*^{qq} predicta per ordinem fiant, ¹⁴| requirantur ad postulac(ionem) curatoris creditores omnes de quibus supra mencio habetur quod ¹⁵| veniant certa die accepturi solucionem secundum ordinem predictum. Alioquin, ipsis ¹⁶| negligentibus, possit facere solucionem ipse curator creditoribus instantibus per ordinem ¹⁷| aliorum, negligencia non obstante, et si secus per curatorem fieret non valeat ipso ¹⁸| iure. § Si vero aliqui ex creditoribus qui fecerint se scribi in actis infra aliquem ¹⁹| ex terminis supradictis non acperint solucionem, vel quia noluerint vel quia non comparuerint ²⁰| ad acpiendum solucionem ut predicitur, non possint revocare soluciones aliis credi²¹|toribus factas, licet sint iure vel t(em)pore pociores. § Salvo quod per dictas soluciones non ²²| fiat aliquod preiudicium, videlicet quantum ad ypotechariam ceteris creditoribus ²³| qui non comparuerint vel non fecerint se scribi infra aliquem ex terminis supradictis. ²⁴| § Sane ad experientia docente plures confessiones et fraudes per curatores bo²⁵|norum comperimus in non modicum preiudicium debitorum, volumus et declaramus ²⁶| quod confessio curatoris in aliquo non preiudicet debitori vel bonis alicuius, et ²⁷| quod solucio facta per ipsum curatorem non precedente legitima debiti probacione ²⁸| et quicquid sequitur ex ea non valeat ipso iure. § Que omnes soluciones que ²⁹| fient per curatores bonorum fiant hoc modo, videlicet quia per ipsum iudicem ³⁰| elligantur tres boni viri cives habitantes Plac(entie), *qui iudex elligere beat illos extimatorum tantum quos nominaverit maior pars* ³⁴| *creditorum, habito respectu ad cumullum debiti cum voluntate et consensu curatoris,*^{rr} ³⁵| *qui extiment bona fide eorum* ³¹| *sacramento bona de quibus debet fieri solucio per curatorem et qui iurent* ³²| *ipsam extimationem tenere penes se secretam quousque fuerit per iudicem* ||^{16v} *ut infra subicitur publicata, super qua electione coram Deo conscienciam ipsius* ¹| *iudicis oneramus. Qui electi extimationem quam fecerint de ipsis bonis clausam* ²| *et sigillatam ipsi iudici dent in scriptis.* § Postquam dacionem creditores omnes qui ³| se scribi fecerint vocentur ad certam diem qua elligant, videlicet quilibet ⁴| secundum quod est pocior, res quas maluerint acipere in

^{qq} *ut nel sopralineo.*

^{rr} *q(ui) - curatoris aggiunto nel margine inferiore con segno di inserzione.*

solutum. § Quibus electoribus factis ⁵| et scriptis in actis, tunc rerum electarum per eos vel aliquem eorum extimacio publi⁶|cetur. Ita quod, facta ipsa electione et in actis scripta ut premititur, nullus ex ipsis ⁷| creditoribus qui elligerit possit postea variare. § Quibus paratis, fiat solucio per ⁸| curatorem tam de principalibus debitis quam expensis sacramento creditoris declarandis, ⁹| hoc addicendo quod ipsa solucio fiat auctoritate et decreto iudicis predicti. Alioquin, ¹⁰| solucio non valeat ipso iure. § Curator autem predictus non possit habere ultra ¹¹| duos denarios de qualibet libra extimacionis rerum quas dederit in solutum. Et ¹²| extimatores omnes predicti ipsarum rerum habeant tres denarios pro qualibet libra extimacionis ¹³| ipsarum inter ipsos comuniter dividendos. § Et si contingit ipsos ire extra civitatem ¹⁴| ad postulacionem curatoris causa dicte extimacionis melius peragende, fiant eis expensis ¹⁵| per creditores pro quibus expensis solucionem habeant in bonis debitorum. § Et quia ¹⁶| debitores sepe conquerentur de rebus, que fuerunt ipsorum, datis in solutum ¹⁷| per curatorem minus debite extimacionis, concedimus quod usque ad annum ¹⁸| post dacionem in solutum computandum possint ipsas res per curatorem bonorum ¹⁹| in solutum datas recuperare a possidentibus solvendo quantitatem pecunie pro ²⁰| qua date fuerunt a curatore cum expensis necessariis dum taxat sique ²¹| facte sunt interim in ipsis rebus vel eciam circa ipsas. Ita tamen quod si qui sint ²²| ibi fructus habitu vel pendentes t(em)pore quo debitor solverit ipsam quantitatem pro ²³| dictis rebus recuperandis, sint ipsi fructus nichilominus ipsius creditoris. § Si ²⁴| vero fuerint facta que creditor habuerit in solutum, habeat creditor eo casu dicta ²⁵| facta pro rata t(em)poris dicti anni.²⁶

Et quod quicumque debitor fuerit legiptime citatus personaliter vel ad domum eius solite habitacionis, in qua citatione causa propter quam citatur exprimatur, si non comparuerit possit et debeat ad post(ulationem) creditorum pro debito per instrumentum liquido de precepto iudicis pignorari, quo pignorato, citato debitore ad dandum confidentes suos, elegantur per iudicem tres extimatores de confidentibus partium vel partis presentis qui eorum sacramento extimare debeant ipsum pignus. Qua extimatione facta, dictum pignus detur per ipsum iudicem in solutum creditori usque ad concurrentem quantitatem pro debito et expensis, dicto debitore citato personaliter vel ad domum ad videndum fieri ipsam dationem in solutum, que datio insolutum sic facta per iudicem valeat et teneat ac si per ipsum debitorem legiptime facta esset. Ita tamen quod debitor possit recuperare ipsum pignus infra mensem a die dicte dactionis in solutum numerando restituendo prius creditori omne illud pro quo creditor dictum pignus habuerit insolutum et expensas factas per ipsum creditorem in ipso et super ipsum pignus post dictam dactionem in solutum in pecunia numerata.^{ss}

X. Si curator datus bonis alicuius non invenerit aliquid in ipsis bonis, nichilominus ²⁷| de ipso nichilo faciat inventarium dicendo se in ipsis bonis nichil invenisse ²⁸| et tunc possit procedi cum ipso curatore vel per eum ad dandum bona predicta pro non solvendo.²⁹

^{ss} et q(uod) - numerata in un piccolo foglio rilegato insieme al codice tra il f. 15v e il f. 16r.

XI. Quando facta fuerit solucio per curatorem bonorum vel per iudicem de bonis alicuius³⁰ alicui creditori, teneatur notarius, qui fecit instrumentum solutionis, dare in publica ||^{17r} forma ipsum instrumentum debitori, si petierit expensis suis, in pena centum sol(dorum) ipsi¹ notario, et nichilominus ad dandum ipsum instrumentum ipse notarius per potestatem vel eius² iudices compellatur.³

XII. Rubrica qualiter procedatur contra debitorem confessum vel convictum⁴
de debtoribus confessis^{tt}

Debitor presens, si confiteatur debitum vel convictus sit, teneatur suo sacramento infra⁵ quinque dies sibi assignandos per iudicem dare omnia sua bona in scriptis coram iudice⁶ apud acta. Quibus datis vel si non dederit requisitus, *ipsa bona dari possint in scriptis apud acta per creditores et tunc*^{uuu} elligantur per iudicem, citato ad hoc⁷ ipso debitore ut veniat ad dandum suspectos^{vv} vel confidentes, tres boni viri qui⁸ eorum sacramento extiment ipsa bona. Quo facto, co(m)pellatur debitor omnibus remediis⁹ iuris facere solutionem creditori seu creditoribus per ordinem, si plures fuerint credito¹⁰res, de rebus ipsius debitoris prout fuerint estimate pro debitis et expensis. Quod¹¹ si facere recusaverit debitor, possit et teneatur ipse iudex eam solutionem facere creditoribus¹² seu creditori que per inde valeat ac si per ipsum debitorem legiptime facta esset.¹³

XIII. Rubrica teneantur iudices pronunciare et sequi consilium sapientis¹⁴
de pronuntia consilii sapientis^{ww}

Quilibet iudex vel officialis communis Plac(entie), qui commiserit alicui ex iudicibus collegii¹⁵ Plac(entie) aliquam questionem diffinitivam vel interlocutoriam consulendam, teneatur recepto¹⁶ consilio dicti iudicis in scriptis infra duos dies iuridicos, utraque seu altera parte¹⁷ instante, ipsum consilium aperire et pronunciare iuxta dictum consilium et sequi pronunciaconis¹⁸ formam dicti consilii, in pena vigintiquinque librarum, et nichilominus ad predicta teneatur. Quam¹⁹ penam si contra predicta fecerit incurat ipso facto.²⁰

XIV. Rubrica nullus possit esse consultor et iudex²¹

Cum vicem duorum nullus debeat regulariter substinere nec in eodem negocio²² esse consultor et iudex, firmiter statuimus quod nullus iudex vel qui alicui preest iuris²³dicioni possit esse consultor et iudex super vel in aliqua questione, causa vel controversia²⁴ que coram eo fuerit ventilata, quod si secus fecerit non valeat ipso iure.²⁵

^{tt} nel margine sinistro.

^{uuu} ip(s)a bona - tunc aggiunto nel margine sinistro con segno di inserzione.

^{vv} da suspeccios con la prima -e- depennata.

^{ww} nel margine sinistro.

XV. Rubrica de interrogatoriis *accionibus*^{xx26}

de interrogatoriis^{yy}

Ad postulacionem cuiuslibet dicentis se velle agere sive reali sive personali acione ||^{17v} compellatur citatus omnibus remediis iuris, eciam ante oblacionem libelli, respondere ¹| ad postulacionem ipsius agere volentis et interrogantis an dictus citatus est heres illius de quo in²|terrogatur et an est heres ex testamento vel ab intestato et pro quanta parte est heres et an ³| possideat et pro qua parte sive pro quanta parte sive possideat rem de qua interrogatur et eciam ⁴| cogatur respondere predictis interrogacionibus post oblacionem libelli et post litem contestatam prout ⁵| et quando fuerit requisitus et interrogatus.⁶

XVI. Rubrica qualiter presumatur quis possidere⁷

de possessione alicuius rei^{zz}

Quicumque probaverit se possedisse vel quasi aliquam rem inmobilem civiliter vel naturaliter ⁸| a tringita annis citra vel illum a quo causam habet habeatur pro vero et legitimo possessore, ⁹| non obstante aliquo qui presentem possessionem se dicat habere, qui presumatur non legi¹⁰|time possidere et eam ocupasse, nisi probaverit se iusto titulo eam habuisse, vel per sententiam ¹¹| a competenti iudice latam contra eum qui t(em)pore sentencie possidebat. De quibus possit ¹²| et debeat cognosci sumarie et sine libello et strepitu et figura iudicij, quolibet ¹³| t(em)pore tam feriato quam non feriato. Et potestas et quilibet officialis communis Plac(entie) teneatur ¹⁴| in pena vigintiquinque librarum Plac(entinorum) manuteneret defendere in possessione vel quasi ¹⁵| ipsarum rerum dictum legitimum possessorem.¹⁶

XVII. Rubrica ut instrumenta integraliter eddantur¹⁷

de integritate instrumentorum^{aaa}

Ad hoc ut ille contra quem instrumenta producuntur certiorari valeat an habeat cedere ¹⁸| vel contendere, statuimus quod quicumque utitur aliqua carta vel publico instrumento ¹⁹| in iudicio teneatur ipsam adversario eddere integraliter cum die, millesimo, testibus ²⁰| et notario et grupo notarii et toto ipsius carte seu instrumenti tenore, lege vel con²¹|suetudine aliqua non obstante.²²

XVIII. Rubrica teneatur iudex dare consilium sapientis expensis petentis²³

de consilio sapientis^{bbb}

Statutum antiquum super hoc edditum et diucius observatum innovamus, con²⁴|firmamus et aprobamus, volentes et statuentes quod siquis in aliqua questione ²⁵| super aliquo articulo, interlocutoria vel precepto seu processu vel ex eo dixerit ²⁶| se gravatum vel

^{xx} *accionib(us) aggiunto nel soprалineo in corrispondenza di ac citantib(us) depennato.*

^{yy} *nel margine sinistro.*

^{zz} *nel margine sinistro.*

^{aaa} *nel margine sinistro.*

^{bbb} *nel margine sinistro.*

gravari ab aliquo iudice vel officiali communis Plac(entie) vel super²⁷ eo petierit consilium sapientis suis expensis sibi dari, teneatur ipse iudex ||^{18r} vel officialis in pena vigintiquinque librarum Plac(entinorum), quam penam si secus fecerit incurrat¹ ipso facto, dare ipsi hoc requirenti consilium sapientis non suspecti expensis suis. Ali²oquim, si ipsum consilium sapientis non dederit, quicquid ultra fecerit dictus iudex³ vel officialis seu factum fuerit in causa seu questione non valeat nec teneat et sit cassum⁴ et iritum ipso iure. Salvo qui dixerit se gravatum vel petierit consilium sapientis⁵ expensis suis teneatur observare statutum quod loquitur de salario deponendo et⁶ confidentibus dandis in scriptis et aliis in ipso statuto observandis.⁷

XVIII. Rubrica qualiter advocatus detur petenti⁸
de advocatis potentibus^{ccc}

Teneatur potestas et omnes iudices et officiales communis coram quibus aliqua questio⁹ oriaretur dare advocatum non habenti et petenti et ipsum advocatum ad hoc cogere,¹⁰ nisi per cognacionem seu affinitatem se excusaverit vel alia iusta causa.¹¹

XX. Rubrica de pena prohibentis pignus¹²
de prohibitione pignorum^{ddd}

Siquis prohibuerit pignus alicui curerio vel nuncio communis condempnetur in decem¹³ sol(dis) si fuerit in civitate vel infra confinia civitatis; si vero in episcopatu extra¹⁴ ipsa confinia, conde(m)pnetur in viginti sol(dis) et nichilominus teneatur restituere omnes expensas properea factas.^{eee} Salvo quod si venerit vel miserit cum curerio¹⁵ coram illo officiale, qui illum cur(rierum) misit, non teneatur ad dictam penam. Et hoc¹⁶ statutum intelligatur in debitis privatis tantum. *Et quod intellegatur pignus prohibuisse*¹⁷ si prohibitum fuerunt pignus per familiam vel aliquem existentem in domo et hoc pro prima vice. Si vero¹⁸ pro secunda vice prohibuerit pignus, incurrat penam sol(dorum) centum. Si vero tercia prohibuerit pignus, incurrat penam librarum¹⁹ decem. Que pena aplicetur parti pro dimidia et pro alia dimidia comuni Plac(entie), de qua secunda et tercia^{fff}²⁰ vice credatur cur(erio) cum uno teste fide digno et non aliter. Et quod occasione pignorum vetitorum³³ non possit procedi per aliquem iudicem vel officialem communis Plac(entie) nisi per publicum per accusam que³⁴ fieret per partem ad cuius postulationem dictum pignus siebat, sub pena iudici florinorum decem³⁵ et notario librarum decem.^{ggg}³⁶

^{ccc} nel margine sinistro.

^{ddd} nel margine sinistro.

^{eee} et nichilomin(us) - factas aggiunto nel soprалineo.

^{fff} et q(uod) intellegat(ur) - t(er)cia aggiunto nello spazio bianco al termine della rubrica.

^{ggg} vice credit(ur) - dece(m) aggiunto nel margine inferiore con segno di inserzione.

XXI. Rubrica qualiter circa ypotechariam procedatur²¹
de hypotecatione^{hh}

Ut via ad hypothecariam preparetur et circa excucienda bona debitorum et ea pro non solvendo²² pronuncianda recto et non subdolo ordine procedatur, statuimus quod, si aliquis debitor fuerit²³ convictus vel confessus per creditorem seu curatorem bonorum alicuius et bona dicantur non²⁴ sufficere creditoribus, fiat proclamacio per tubatorem communis premisso sono tube in plateis²⁵ communis, burgi, maioris ecclesie et in contrata ubi habitat vel habitare consuevit debitor²⁶ predictus et alibi in locis consuetis, et si habitat vel habitare consuevit in episcopatu Plac(entie)²⁷ fiat in dictis locis civitatis et ad portam per quam itur ad locum seu villam ubi habitat seu²⁸ habitare consuevit ille debitor, quod omnes, qui sciunt vel volunt hostendere aliquid²⁹ esse in bonis debitoris predicti, compareant coram iudice coram quo agitur usque³⁰ ad octo dies subsequentes, die ipsius proclamacionis minime computata. Et³¹ ipsa bona dent in scriptis iudicii predicto. Que scripta et nomen ipsius deferentis ||^{18v} scribantur in actis et nichilominus durantibus dictis octo diebus iudex posit de ipsis bonis¹ facere inquisitionem prout sibi videbitur, quibus octo diebus ellipsis, si nullus comparuerit² qui hostenderit aliquid esse in dictis bonis vel sufficiencia bona ipsis creditoribus non³ hostenderit, fiat secunda proclamacio in locis predictis per modum predictum quod omnes quorum⁴ interest et qui contradicere volunt quominus ipse iudex pronunciet pro non solvendo⁵ ipsa bona compareat coram dicto iudice usque ad octo dies subsequentes, non computata⁶ die ipsius proclamacionis, ad hostendum quare dicta bona pronunciari non debeant⁷ pro non solvendo. § Quibus peraratis, si nullus comparuerit qui hostenderit aliquid⁸ mobile esse in dictis bonis, procedatur ad pronunciacionem ipsorum bonorum pro non solvendo,⁹ excepcione aliqua non obstante. § Et si aliqua bona fuerint hostenssa esse¹⁰ in dictis bonis preter nomina debitorum, fiat solucio de eis ipsis creditoribus. § Que si¹¹ non sufficient, nichilominus fiat pronunciatio de dictis bonis pro non solvendo. § Nec¹² in dictis casibus volumus obstarre vel impedire ipsam pronunciacionem bonorum pro¹³ non solvendo si quis compareat dicens vel hostendens esse in dictis bonis¹⁴ nomina debitorum. § Qua pronunciacione bonorum pro non solvendo facta servato ordine¹⁵ prelibato, possit agi ypotecharia contra possessores bonorum que fuerunt dicti¹⁶ debitoris, non obstante quod si aliquis diceret bona debitoris predicti minus¹⁷ legitime fore excusa vel pronunciacione predicta minus legitime fore facta,¹⁸ et eciam non obstante si in bonis ipsius debitoris essent aliqua nomina debitorum.¹⁹ Que eciam locum habeant in contractibus preteritis et futuris.²⁰

XXII. Rubrica qualiter procedatur contra contumaces²¹
*contumaces*ⁱⁱⁱ

Qui citatus fuerit per iudicem vel aliquem officialem communis Plac(entie) bis in civitate,²² si fuerit de civitate et in civitate habuerit vel tenerit habitacionem,ⁱⁱⁱ vel semel in districtu Plac(entie), vel eciam in civitate Plac(entie) inventus personaliter si fuerit de

^{hh} nel margine sinistro.

ⁱⁱⁱ nel margine sinistro.

ⁱⁱⁱ si fu(er)it - habitac(ionem) aggiunto al termine della rubrica con segno di inserzione.

districtu,^{kkk} ^{28|} si infra terminum non comparuerit, teneatur ^{23|} iudex et officialis ad postulacionem eius, qui eum citari fecit, facere ipsum ^{24|} citatum per contumaciam pignorari secundum qualitatem negotii, nec postea ^{25|} audiatur pignoratus, nisi primo restituerit expensas contumacie ei qui ^{26|} eum fecerit pignorari.^{27|}

XXIII. Rubrica de pena non presentantis pignus^{29|}
de prestatione pignorum^{III}

Qui iussus a iudice vel de eius precepto pignus sibi recomendatum per aliquem ^{30|} curerium vel officialem communis Plac(entie) non presentaverit infra t(em)pus sibi statutum a ^{31|} iudice vel de eius precepto condempnetur qualibet vice in viginti sol(dis) Plac(entinorum),^{32|} *quam penam incurat ipso facto et cuius pene medietas parti que fieri facit pignus aplicetur et alia* ^{34|} *medietas comuni Plac(entie), ad quam penam solvendam iudex incontinenti compellatur predictum absque* ^{35|} *aliqua condemnatione vel processu fienda contra ipsum,*^{mmm} ^{36|} et nichilominus presentare teneatur ipsum pignus.^{||19r}

XXIV. Rubrica victus victori restitutus expensas^{1|}

In omni causa et questione civili et criminali ubi fertur diffinitiva sentencia ipso iure sit et ^{2|} intelligatur condempnatus victus victori in expensis legitimis factis per victorem in ipsa ^{3|} causa vel questione, reservata taxacione ipsarum expensarum iudici seu officiali qui ipsam sententiam ^{4|} tulit seu eius successori.^{5|}

XXV. Rubrica de saximentis^{6|}
*de saximentis*ⁿⁿⁿ

Quelbet res mobilis existens penes aliquem possit saxiri penes eum ad postulac(ionem) ^{7|} cuiuscumque, nec ipsum saximentum relaxetur nisi prestita ydonea satisdacione coram iudice vel ^{8|} officiali, ex cuius parte fuerit saxita res, de re saxita custodienda et salvanda et ea vel ^{9|} eius extimacione presentanda ad voluntatem ipsius iudicis vel officialis, citato ad ^{10|} videndum dari ipsam securitatem illo qui fecit fieri saximentum si fuerit de civitate ^{11|} vel suburgis, qua securitate prestita hoc ipso saximentum intelligatur relaxatum.^{12|}

XXVI. Si res alicuius fuerit saxita et ille in cuius preiudicium factum fuerit saximentum ^{13|} compareat coram iudice vel officiali, de cuius precepto saximentum emanavit, dicens ^{14|} se non posse vel nolle dare securitatem de re saxita custodienda vel presentanda ^{15|} iuxta formam statutorum et se nil debere illi qui fieri fecit saximentum et paratum ^{16|} quod de hoc incontinenti cognoscatur per ipsum iudicem vel officialem, possit et beat eo casu ^{17|} ipse iudex vel officialis de iuribus utriusque partis cognoscere, nisi qui saxari

^{kkk} v(e)l eciam - districtu aggiunto al termine della rubrica con segno di inserzione.

^{III} nel margine sinistro.

^{mmm} qua(m) pena(m) - ip(su)m aggiunto nel margine inferiore con segno di inserzione.

ⁿⁿⁿ nel margine sinistro.

fecit¹⁸ renunciet saximento procedere et determinare, absque libello et strepitu et figura iudicii¹⁹ sumarie et de plano, diebus feriatis et non feriatis, exceptis feriis introductis in honorem²⁰ Dei et sine aliqua petizione vel memoriali scribendo in actis et absque aliqua instancia.²¹

XXVII. Quisquis vult saxire vel saxiri facere aliquos fructus existentes in campis,²² sive pendentes sive non pendentes, faciat fieri preceptum consulibus ville vel loci²³ in cuius territorio sunt dicti fructus quod colligant et acipient dictos fructus et ipsos²⁴ custodiant ad voluntatem iudicis vel officialis ex cuius parte fit saximentum²⁵ et hoc fiat expensis ipsorum fructuum. Ad que fienda homines dicte ville vel loci teneantur²⁶ ipsis consulibus dare auxilium et favorem cum effectu, quod si non fecerint dicti²⁷ consules et homines conde(m)pnentur quilibet consul in centum sol(dis) et villa vel locus in decem²⁸ libris Plac(entinorum), et nichilominus saximentum valeat et firma permaneat, pena contenta in hoc²⁹ statuto. *Et quod sufficiat fieri dictum saximentum et preceptum duobus ex hominibus habitantibus in dicta villa³⁰ suo nomine et aliorum vicinorum dicte ville, si dicta villa consullem non habuerit. Et quod consul,^{ooo}³¹ comunia et homines predicti et eciam principales et fideiussores eorum non teneantur ad prestacionem dictorum³³ fructuum, nisi primo et ante omnia fuerit legiptime liquidatum debitum pro quo factum fuerit³⁴ saximentum. Quo debito liquidato, teneantur consul et homines predicti presentare dictos fructus usque ad³⁵ concurrentem quantitatem debiti liquidati et expensas tantum et non ultra. Et predicta locum non habeant³⁶ in saximentis feni et vini.*^{ppp}³⁷

XXVIII. Quilibet penes quem res fuerit aliqua saxita teneatur eam presentare coram iudice ||^{19v} quando ex parte eius de hoc fuerit requisitus, et super hoc omnibus remediis iuris per¹ iudicem compellatur.²

XXVIII. Nullum saximentum duret vel valeat ultra annum.³

XXX. Rubrica de divisionibus communium et finium regondorum⁴
de divisionibus^{qqq}

Statutum est quod si aliquis provocaverit aliquem de divissione alicuius rei communis⁵ quod, non obstante aliqua t(em)poris prescripcione eciam triginta vel quadraginta annorum,⁶ procedatur et procedi debeat ad divisionem ad postulacionem cuiuslibet provocantis sumarie⁷ et de plano, sine libello et strepitu et figura iudicii, quocumque t(em)pore feriato et⁸ non feriato. Idem observetur in omnibus predictis in actione familie hercisconde et in⁹ actione finium regondorum.¹⁰

^{ooo} et q(uod) - c(on)sul aggiunto nello spazio bianco al termine della rubrica.

^{ppp} co(mun)ia - vini aggiunto nel margine inferiore con segno di inserzione.

^{qqq} nel margine sinistro.

XXXI. Siquis provocaverit aliquem ad divisionem rerum communium, procedatur per iudicem ad ¹¹| ipsam divisionem faciendam et fieri faciendam sumarie et de plano, sine libelli ¹²| oblacione et sine figura et strepitu iudicii, quolibet t(em)pore feriato et non feriato, ¹³| addicentes quod minor etatis auctoritate tutoris vel curatoris possit ad divisionem ¹⁴| rerum mobilium et immobilium communium cum alio provocare eum cum quo habet ipsam ¹⁵| c(om)munionem.¹⁶

XXXII. Rubrica de arbitris et arbitratoribus¹⁷

de arbitris et arbitratoribus^{rr}

Si fiat compromissum in aliquem tanquam in arbitrum vel tanquam in arbitratorem vel ¹⁸| tanquam in arbitrum et arbitratorem seu amicabilem compositorem et non addiciatur ¹⁹| terminus quo durare debeat ipsum compromissum, volumus quod duret per annum ²⁰| numerandum a die ipsius compromissi.²¹

XXXIII. Quilibet possit petere sententiam arbitratoris seu arbitratorum infra decem dies utiles ²²| a die sentencie numerandos et non ultra reduci ad arbitrium boni viri.²³

XXXIV. Rubrica potestas vel eius iudices non reddant ius concivi eorum²⁴

de ratione reddenda per potestates

Statutum est et longo t(em)pore observatum quod potestas vel eius iudices vel aliquis ²⁵| de familia eius vel aliquis officialis communis Plac(entie) non possit ius reddere alicui ²⁶| qui sit de civitate vel districtu illius qui ius reddit, quod si secus fecerint ||^{20r} non valeant ipso iure in preiudicium illius qui litigat cum concive predictorum. Et hoc ¹| habeat locum si predictis officialibus fuerit denunciatum vel oppositum.²

XXXV. Rubrica nullus qui non utitur mercadandia cogatur sub consulibus nuxi³

de consulibus mercantie rationem reddenda^{ttt}

Statutum est quod aliquis qui non utitur mercadandia et qui non est negotiator non possit ⁴| compelli vel constringi sub consulibus negotiatorum seu mercadandie non obstante ⁵| quod ipse vel pater eius fuerint negotiatores.⁶

XXXVI. Rubrica qui dare tutores et curatores possunt⁷

de tute et curatore^{uuu}

Potestas et eius iudices ad rationem reddendam deputati et quilibet eorum per ⁸| se possint dare et constituere curatores et tutores quoscumque et nulli alii hoc ⁹| liceat.¹⁰

^{rr} nel margine sinistro.

^{sss} nel margine sinistro.

^{ttt} nel margine sinistro.

^{uuu} nel margine sinistro.

XXXVII. Rubrica de iudice et notario viduarum et horfanorum¹¹
de iudice electo pro viduis et horfanis^{vvv}

Elligatur per comune Plac(entie) unus providus et discretus iudex peritus in iure et expertus¹² in facto de collegio iudicum Plac(entie) qui sit patronus et advocatus viduarum, horfa¹³ norum et aliarum miserabilium personarum a quibus nichil accipiat pro mercede seu salario¹⁴ suo eciam obsculentum vel poculentum, sed habeat salarium a comuni Plac(entie) pro uno anno, quo¹⁵ officium suum durare debet, vigintiquinque librarum Plac(entinorum). Et in causis omnibus predictarum¹⁶ personarum procedatur et procedi debeat sumarie et de plano, sine libello et sine figura¹⁷ et strepitu iudicii, quocumque t(em)pore feriato et non feriato. § Ad que omnia effi¹⁸ cacijs peragenda, elligatur eciam per comune Plac(entie) unus bonus notarius de collegio¹⁹ notariorum qui sit procurator et actor dictarum personarum, et qui eciam scribat scrip²⁰ turas earum pro ipsis coram iudice producendas pro quibus nichil accipiat a dictis²¹ personis, sed habeat a comuni Plac(entie) pro suo salario et labore duodecim libras Plac(entinorum) pro²² uno anno. Et insuper preconizetur bis in anno per civitatem publice in locis²³ consuetis quod dicte persone habeant recursum ad dictos advocatum et notarium pro predictis.²⁴ Et teneatur camararius facere dictam solucionem predictis advocate et notario de²⁵ quacumque pecunia que fuerit in comuni.²⁶

XXXVIII. Rubrica de testibus²⁷
de testibus receptis in aliqua causa^{www}

In aliqua causa vel questione super quolibet capitulo seu articulo ultra duo²⁸ decim testes non recipiantur.^{||}^{20v}

XXXVIII. Statutum est quod testes omnes qui recipiuntur in aliqua causa vel questione scribantur et¹ ponantur in quaterno seu quaternis. Et siqua parcium voluerit ipsos testes exemplatos, habere² posit ipsos exemplatos. Ita tamen quod autenticum ipsorum testium semper remaneat penes³ notarium qui eos recepit.⁴

XL. Omnes prosonetici seu coraterii ad testimonium compellantur, utraque seu altera parte⁵ requirente, cuius dicto non credatur, nisi tanquam unus testis, salvo quod inter mercatores⁶ et de mercaturis dumtasat credatur prosonete usque in .XXV. libras et non ultra.⁷

de testimonio mulieris^{xxx}

XLI. Si qua mulier ad testimonium vocata fuerit, cogatur per iudicem competentem ad⁸ testimonium prohibendum per facultates mariti vel patris aut filii vel fratriss.⁹

^{vvv} nel margine sinistro.

^{www} nel margine sinistro.

^{xxx} nel margine sinistro.

XLII. Siquis vel siqua ad testimonium vocatus fuerit et post requisicionem secundam,¹⁰|
si fuerit in civitate, vel primam requisicionem, si fuerit in districtu Plac(entie), ad¹¹|
testimonium reddendum non venerit infra terminum sibi per iudicem assignatum,¹²|
cogatur restituere omnes expensas ob hoc factas ei qui eum citari fecerat.¹³

XLIII. Post aperturam testium in causa principali non recipiantur ulterius probaciones per¹⁴|
testes sive testes aperti seu publicati seu pro publicatis habiti fuerint producti¹⁵| ab
utraque parte sive ab altera tantum. Idem observetur in causa appellacionis, videlicet¹⁶| in
casibus in quibus possunt produci testes in causa appellacionis ex forma statutorum¹⁷|
comunis Plac(entie), videlicet quia apertis et publicatis testibus ipsis seu postquam fuerint¹⁸|
habiti pro publicatis vel apertis ulterius in dicta causa appellacionis testes vel¹⁹|
probaciones per testes non admitantur, sive in dicta causa testes predicti fuerint²⁰|
producti ab una parte sive ab utraque.²¹

XLIII. Rubrica de dote exigenda in bonis viri diu absentis de cuius vite indicium non
habetur²²

de dotis exigendis in bonis viri absents^{yyy}

Siquis est vel fuerit absens per septem annos continuos et ellapso septenio²³| indicium
vite eius non appareat, possit uxor eius dotem exigere in bonis²⁴| et de bonis viri sui et
eciam antiffactum et sponsaliam largitatem, proinde²⁵| ac si certum esset maritum
mortuum esse. Eo salvo quod tunc teneatur mulier²⁶| dare ydoneam securitatem
heredibus viri de ipsa dote et antifacti sponsalia^{21r} largitate restituendis ipsi viro si
reddierit, quo reddeunte sit salvum tam viro¹| quam uxori omne ius ipsorum in predictis
et circa ea proinde ac si solucio de predictis dicte²| uxori non esset facta.³

XLV. Rubrica de questionibus mercedum cibi et potus et victurarum et rerum mobilium⁴
De questionibus mercedum et de questionibus cibi et potus et victurarum et de
e(m)pcionibus⁵| et vendicionibus rerum mobilium et semovencium possint et debeant qui
iurisdicione⁶| presunt et ad quos pertinet cognoscere, procedere et determinare sine libello
et sine⁷ strepitu et figura iudicii sumarie et de plano, diebus feriatis et non feriatis.⁸

XLVI. Rubrica non compellatur quis extra civitatem Plac(entie) acipere consilium
sapientis⁹

In aliqua causa, questione vel controversia non compellatur quis invictus ire extra¹⁰|
civitatem Plac(entie) seu habere consilium sapientis super aliqua interlocutoria vel¹¹|
diffinitiva extra ipsam civitatem vel districtum. Sed utraque parte volente¹²| possit hoc
fieri.¹³

^{yyy} nel margine sinistro.

XLVII. Rubrica qualiter interdicatur bonis alicuius¹⁴

de interdictione bonorum^{zzz}

Ad postulacionem seu requisicionem duorum virorum ex propinquis illius cuius¹⁵ requiritur interdici bonis, iudex procedat eo citato ad inquisitionem morum et¹⁶ prodigalitatis ipsius qui requiritur interdici. Et si facta diligent inquisitione et¹⁷ probacione per testes ydoneos compererit ipsum esse in casu in quo sibi debeat¹⁸ vel possit de iure bonis interdicti, interdicatur per iudicem bonis eius. Quo facto,¹⁹ ad hoc ut nulli ob hoc decipientur, fiat proclamatio per tubatorem communis publice²⁰ premisso sono tube per civitatem in locis consuetis quod nullus qui contrahat cum²¹ ipso, quia sibi est per iudicem bonis interdictum. Si vero diceretur postmodum²² illum cuius bonis est interdictum in melius mores mutasse et esse in casu²³ in quo dictum interdictum debeat relaxari et sibi concedi administracio²⁴ bonorum suorum, tunc ad postulac(ionem) duorum adminis bonorum virorum ex propinquis²⁵ ipsius interdicti faciat iudex inquisitionem de mutacione morum et vite ipsius²⁶ cuius est bonis interdictum. Et si invenerit eum per legitimas probaciones²⁷ esse in casu dicte relaxacionis et quod sufficiens administracionem suorum bonorum, ||^{21v} tunc, premissa crida cum sono tube per civitatem in locis consuetis quod si quis contradicere¹ vult ne fiat predicta relaxacio et concessio administracionis bonorum compareat usque ad² octo dies coram iudice et nemine comparente qui sufficientem causam dicat et hostendat,³ eo casu dictum interdictum relaxetur et administracio bonorum concedatur predicto qui fuerat⁴ interdictus. Si autem alegaverit comparentes et hostenderint sufficientem causam quare⁵ predictum interdictum non debeat toli vel relaxari, tunc non relaxetur interdictum nec concedatur⁶ administracio bonorum suorum ipsi interdicto. Que omnia cognoscantur et terminentur per⁷ iudicem competentem sumarie et de plano, sine libelli dacione et strepitu et figura⁸ iudicii, quocumque t(em)pore feriato et non feriato.⁹

XLVIII. Rubrica de primo et secundo decreto sublato¹⁰

de decreto sublato^{aaaa}

Cum per statuta communis Plac(entie) provide provisum est contra absentes et contumaces et contra¹¹ latitantes tam in accione reali quam personali ad tollendam omnem materiam iur¹²giorum que maxime provenire consuevit occasione primi et secundi decreti, in quibus doctores¹³ consueverunt maxime variare, provide statuimus quod decetere in aliqua accione¹⁴ personali vel reali non possit per aliquam parcium vel per aliquem iudicem vel officiale¹⁵ procedi per viam primi vel secundi decreti, quod si secus factum fuerit processus primi vel¹⁶ secundi decreti et quicquid eo sequitur non valeat ipso iure. Salvo quod predicta non intelligatur¹⁷ quando proceditur vel agitur occasione dampni inferti vel quando agitur ut legatorum nomine¹⁸ caveatur, videlicet quando legatum est in diem vel sub condicione et non aliter,¹⁹ vel quando agitur ypotecaria secundum ordinem qui in statuto communis Plac(entie) continetur²⁰ loquentibus qualiter ypotecaria procedatur.²¹

^{zzz} nel margine sinistro.

^{aaaa} nel margine sinistro.

XLVIII. Rubrica qualiter intelligatur sumarie et de plano et sine figura et strepitu iudicii²²

Quia sepe in statutis communis Plac(entie) fit mencio quod in certis casibus procedatur vel posit procedi²³ vel cognosci sumarie et de plano, sine strepitu et figura iudicii, vel sine figura²⁴ et strepitu iudicii, declarantes dicta verba volumus quod ubicumque in statutis dicta²⁵ verba vel aliquod eorum possit procedi et cognosci hoc modo, videlicet sine²⁶ dacione libelli. Sed qualis qualis peticio vel requisicio ad instar cuiusdam²⁷ memorialis pro parte actoris scribatur in actis coram iudice competenti, super²⁸ qua possit et debeat cognosci per ipsum iudicem absque aliqua litis contestacione,²⁹ citato tamen vel presente illo qui convenitur. Tamen t(em)pore feriato ob necessitates ||^{22r} hominum introducto non procedatur, nisi de voluntate parcium tacita vel expressa vel nixi in¹ statutis predictis aliter caveatur. § Dilactiones dentur breves iudicis arbitrio secundum² negotiorum qualitatem. § Capitula seu articuli intencionum admitantur et admissa in³ intelligantur per hoc statutum et testes super eis recipientur, salvo iure t(em)pore disputa⁴cionis diffinitive sentencie impertinencium et capitulorum non admittendorum et eciam⁵ salvo iure testium non recipiendorum t(em)pore diffinitive sentencie. § Interrogaciones tamen⁶ seu contraquestiones possint fieri per partem contra quam testes producuntur super ipsis capitulis⁷ vel articulis. § Possit etiam fieri sacramentum calumpnie et fiat per principales partes,⁸ si ambe fuerint in civitate vel districtu Plac(entie), utraque vel altera parte hoc requirente,⁹ quod si altera pars fuerit absens a civitate Plac(entie) et districtu procedatur absque ca¹⁰lumpnie iuramento. Quod iuramentum et posiciones possint fieri in quacunque¹¹ parte litis usque ad sententiam diffinitivam, currentibus nichilominus terminis partibus¹² ad probandum per iudicem assignatis. Quibus partibus possit iudex simul et semel videlicet¹³ utriusque parti dare terminum prout ei videbitur ad probandum de iure suo tam per testes¹⁴ quam instrumenta. § Possit eciam iudex partes interrogare quandocumque sibi videbitur expedire. § Sententia¹⁵ diffinitiva ferri possit citatis partibus licet non perhentorie et stando vel sedendo, ita¹⁶ videlicet quod dicte questiones vel cause triginta dies utiles non excedant¹⁷ numerandos a die qua dicta peticio seu memoriale fuerit in actis scripta. Et ut¹⁸ predicta clarius et cicius valeant expediri, teneatur iudex, coram quo dicte cause¹⁹ vel aliqua earum agitantur, in pena comprehensa in statuto quod incipit: «Quoniam²⁰ leges sacratissime», infra viginti dies utiles numerandos a die dicte petitionis seu²¹ memorialis in actis scripte, videlicet per duos dies utiles ante ipsos viginti dies²² utiles, ita videlicet quod ellipsis decem octo diebus utilibus, teneatur iudex infra duos²³ dies utiles omni excepcione remota utraque seu altera parte instante assumere²⁴ unum sapientem vel plures de collegio iudicum Plac(entie) ad consulendum super diffi²⁵nativa dicte cause. Qui asumptus in dictis causis vel aliqua earum utraque²⁶ vel altera parte instante, satisfacto sibi de salario, in pena in dicto statuto quod²⁷ incipit: «Quoniam leges» inserta, teneatur traddere consilium suum in scriptis iudicii predicto²⁸ infra decem dies utiles subsequentes postquam fuerit asumptus. Qui iudex,²⁹ habitu dicto consilio, teneatur utraque vel altera parte instante, citatis vel presentibus partibus,³⁰ dictum consilium et secundum ipsum pronunciare diffinitivam sententiam prima die iuridica vel³¹ sequenti postquam dictum consilium sibi fuerit presentatum.³²

L. De iuramento calumpnie³³

de iuramento calumnie^{bbbb}

Si pars que citata fuerit ad comparendum coram iudice, causa iurandi de ||^{22v} calumpnia et respondendi posicionibus quas sibi facere vult pars adversa, non comparuerit ¹| infra terminum sibi statutum a iudice iusta causa non interveniente, teneatur iudex ipsam ²| compelere omnibus remedii iuris, videlicet in dicendo et imponendo pignora, ³| capiendo personam, detinendo ad dictum sacramentum prestandum et posicionibus respondendum, ⁴| quibus iudex sit contentus, nec ob dictam contumaciam pronunciare valeat vel habere ⁵| sacramentum predictum pro recussato et posiciones pro confessis, prout multociens insi⁶|diosse factum cognoscimus in dampnum et preiudicium non modicum aliorum.⁷

LI. Rubrica de testibus recipiendis ad eternam rei memoriam⁸

de testibus recipiendis ad eternam rei memoriam^{ccc}

Siquis actor vel intendens agere vult producere testes ad eternam rei ⁹| memoriam coram iudice competenti, citato adversario cuius interest, admittatur ¹⁰| ad productionem ipsorum testium, excepcione aliqua non obstante. Porigere tamen ¹¹| teneatur dictus actor capitula seu articulos intencionum adversario super quibus ¹²| vult producere ipsos testes, contra que capitula posit pars adversa facere ¹³| contraquestiones et ipsa capitula et testes admitantur et recipientur citata dicta ¹⁴| parte et admissa intelligantur, salvo iure impertinencium et non recipiendorum t(em)pore ¹⁵| disputacionis diffinitive sentencie, quorum testium dicta postquam fuerint ¹⁶| recepta stent incognita partibus et clausa et sigillata sigillis ipsarum parcium ¹⁷| penes notarium qui dicta ipsorum testium recepit, post que, nisi actor contra ¹⁸| reum agerit et eum convenerit in iudicio usque ad annum utilem post dictam ¹⁹| receptionem numerandum, dicta ipsorum testium eo casu non valeant et nullius ²⁰| sint momenti. Si vero agerit infra ipsum annum, tunc dicti testes aperti possint ²¹| et publicari ad requisicionem actoris seu pro apertis habeantur t(em)pore quo testes ²²| cause aperiuntur et publicantur vel aperti et publicati intelliguntur. § Si vero ²³| ex parte rei requirantur produci testes ad eternam rei memoriam recipientur eo ²⁴| modo quo diximus in actore. Salvo quod, cum in potestate sua non sit quando ²⁵| conveniatur, dicti testes postquam fuerint recepti ad postulacionem ipsius rei posint ²⁶| et debeant publicari et per iudicem pronunciari pro publicatis et apertis et ²⁷| in publicam formam reddigi ut valeant ad defensionem ipsius rei. Ad²⁸|ducentes quod quicu(m)que cuius interest producere voluerit ad eternam rei memoriam ²⁹| testes occasione alicuius testamenti vel ultime voluntatis ad probandum ³⁰| ipsam ultimam voluntatem admitantur et recipientur ipsi testes prout superius ³¹| est expressum et eciam publicentur ut supra in reo duximus observandum.||^{23r}

^{bbbb} nel margine sinistro.

^{ccc} nel margine sinistro.

LII. Post aperturam testium in causa principali non recipiantur ulterius probaciones per testes sive ^{1|} testes aperti seu publicati seu publicatis habiti fuerint producti ab utraque parte sive ab ^{2|} altera tantum. Idem observetur in causa appellacionis, videlicet in casibus in quibus possunt ^{3|} produci testes in causa appellacionis ex forma statutorum communis Plac(entie), videlicet quod apertis vel pu^{4|}blicatis ipsis testibus seu postquam fuerint habiti pro publicatis vel apertis ulterius in dicta causa ^{5|} appellacionis testes vel probaciones per testes non admitantur, sive in dicta causa testes producti ^{6|} fuerint ab una parte sive ab utraque.⁷

LIII. Rubrica quod non possit fieri cause delegacio absque consensu partis⁸
de delegatione causarum per iudicem^{dddd}

Nullus iudex vel aliquis officialis communis Plac(entie) possit delegare aliquam causam vel item ^{9|} alicui absque consensu utriusque partis. Et si utraque pars consenserit, possit delegare ^{10|} alicui ex iudicibus de collegio iudicum Plac(entie) et non aliter, quod si secus factum fuerit ^{11|} non valeat ipso iure.¹²

LIV. Rubrica de mulieribus non detinendis pro debitis pecuniariis privatis¹³
de mulieribus non detinendis^{eeee}

Nulla mulier possit personaliter detineri seu in carcerem poni per potestatem vel eius ^{14|} iudices seu alios officiales communis Plac(entie) pro aliquo debito pecuniario privato, in pena ^{15|} decem librarum Plac(entinorum) potestati et cuilibet alii officiali, quam penam si secus fecerint incurant ^{16|} ipso facto.¹⁷

LV. Rubrica de satisdacione prestanda a clericis et forensibus actoribus¹⁸
de securitate danda per forasterium antequam posit convenire aliquem civem^{ffff}

Statutum est antiquum et longo t(em)pore observatum quod si quis foresterius vel clericus ^{19|} seu ecclesiastica persona voluerit aliquem de civitate vel districtu Plac(entie) convenire ^{20|} coram iudice seculari *in quacumque causa civilli vel criminalli*^{gggg} teneatur prestare coram ipso iudice, antequam contra eum quem conve^{21|}nire voluerit procedatur, ydoneam securitatem laycam personam, *si hoc per eum quem convenire vult fuerit requisitum*,^{hhhh} de iudicio substinere ^{22|} et iudicatum solvi in causa reconvencionis fiende coram ipso iudice per ipsum contra ^{23|} quem agit et eciam de restituendis expensas si subcubuerit in causa et questione ^{24|} quam movet vel movere vult coram dicto iudice contra dictum *civem*ⁱⁱⁱⁱ civitatis ^{25|} Placencie vel districtus. *Et quod nulla accusatio dampnorum et quaistorum possit fieri per* ^{26|} aliquem *fillium familias stantem cum patre vel alliam*

^{dddd} nel margine sinistro.

^{eeee} nel margine sinistro.

^{ffff} nel margine sinistro.

^{gggg} in quac(um)q(ue) - criminalli *aggiunto nel sopralineo*.

^{hhhh} si hoc - requisitu(m) *aggiunto nel sopralineo*.

ⁱⁱⁱⁱ cive(m) *aggiunto nel sopralineo*.

personam non subiectam iurisdicioni²⁷ | comuni Plac(entie), nisi primo prestita ydonea securitate prout in dicto statuto continetur, citato ad hoc²⁸ | prius illo quem accusare vult. Et aliter iudex eas non recipiat nec notarius eas scribat²⁹ | nec contra eum procedatur occaxione dictarum accusa(rum), sub pena iudici et notario vigintiquinque florinorum³⁰ | auri pro quolibet eorum, et quam penam incurvant ipso facto, cuius pene medietas comuni Plac(entie)³¹ | et allia parti accusatoris aplicetur.^{iiiij||^{23v}}

§ Item statutum est quod quicunque iudex competens in causa et questione que coram¹ | ipso fuerit seu verteretur infra quantitatem sol(dorum) centum Plac(entinorum) possit et debeat² | ad post(ulationem) partis requirentis deferere sacramentum parti adversse in proprio facto³ | ipsius partis adverse. Et si dictus adversarius dictum sacramentum prestare⁴ | recusaverit aut parti deferenti deffere dictum sacramentum noluerit, habeatur pro⁵ | convicto.||^{24r}

^{iiiij} et q(uod) - aplice(t(ur)) aggiunto nello spazio bianco al termine della rubrica.

[Liber tertius]

Incipit liber tertius¹

Incipit liber tercarius. Rubrica quibus alienare non licet²

de rebus alienandis^a

I. Cupientes iurisdictionem et honorem communis Plac(entie) conservare, firmiter statuimus quod ³| aliqua universitas vel singularis persona, cuiuscumque status vel condicionis existat, per se ⁴| vel interpositam personam non audeat aliquo contractu alienare, eciā per imphyteosim ⁵| vel in feodium dacionem vel alio modo seu colore quesito, aliquas res immobiles ⁶| vel iurisdicções infra Plac(entiam) vel districtum existentes alicui qui non sit de civitate ⁷| Plac(entie) vel districtu, in pena contrafaciendi centum librarum. Et nichilominus ipsa alie⁸|nacio vel contractus non teneat ipso iure, nisi super predictis habita et obtenta licencia ⁹| a consilio generali.¹⁰

II. Rubrica de iure imphyteotico¹¹

de rebus emphiteoticis et iure emphiteotico^b

Quoniam male ageretur dominis prediorum si opporteret eos hostendere terras de ¹²| quibus redditur eis fictum cum sepe imphyteote eas asserant esse suas, volentes ¹³| predictis dominis consulere, provide statuimus quod si aliquis tenuerit ad fictum aliquas ¹⁴| terras, domos vel possessiones ab aliquo domino in aliqua villa vel territorio districtus ¹⁵| Plac(entie) et iuxta ipsas terras, domos vel possessiones, coherentes ipsis terris, domibus ¹⁶| vel possessionibus, imphyteota dixerit aliquas terras, domos vel possessiones suas esse, ¹⁷| vel pro suis tenere, quod presumantur dicte res esse domini, et de facto et de proprietate ¹⁸| ficti ipsius domini, nisi imphyteota docuerit se legitimo titulo ipsas res habuisse. Et ¹⁹| insuper quilibet imphyteota, ad requisitionem domini, teneatur et posit compelli per iudicem ²⁰| competentem ipsis domino manifestare et hostendere, sacramento ipsis imphyteote, omnes terras, ²¹| possessiones et res de quibus reddit et reddere consuevit ipsum fictum. Et nichilominus ²²| homines ville seu loci, ubi seu in cuius territorio est syta proprietas ipsius ficti, teneantur ²³| et compelli possint per sacramentum eorum ad requisitionem ipsius domini ipsas terras ²⁴| et res manifestare et hostendere ipsis domino, eciā oculata fide. § Simili modo ²⁵| teneantur homines cuiuslibet ville et loci, ad postulacionem cuiuslibet dicentis ²⁶| se habere terras vel possessiones seu res in ipsis villis vel territoriis, sive dicantur ²⁷| res afitare sive non afitare, hostendere et manifestare ipsas terras et res et de ²⁸| hoc possit fieri publicum instrumentum ad postulacionem cuiuslibet requirentis. Que ²⁹| omnia fieri possint et debeant sine libello et strepitu et figura iudicii, suma³⁰|rie et de plano, quocumque t(em)pore tam feriato quam non feriato. Et quod quilibet imphyteota ³¹| et quilibet eius successor teneatur renovare instrumenta fectorum vel eciā ||^{24v} de novo afitare quandocunque ad requisitionem domini, in pena

^a nel margine sinistro.

^b nel margine sinistro.

decem librarum Placentinorum^{1|} pro qualibet vice, et nichilominus teneatur ad predicta,
absque eo quod aliquid nomine investiture solvat^{2|} dicto domino vel eius successori.^{c3}

III. Cum imphyteote sepius maliciose et per subterfugia dominis facta solvere recusent res^{4|} habitas super proprietatibus dominorum in usus proprios convertentes, cupientes eorum fraudibus obviare,^{5|} statuimus quod si quis imphyteota in civitate Plac(ente) habitans ad postulacionem domini bis fuerit^{6|} citatus, videlicet uno die semel et alio iterum semel, vel in districtu habitans semel^{7|} tantum personaliter vel ad domum coram iudice competenti, ita quod in ipsa citacione causa et^{8|} res que petitur exprimatur, et si infra terminum recussaverit comparere, possit pignorari,^{9|} absque alia solemnitate, ad postulacionem dicti domini pro fictis preteritis non solutis et^{10|} pro expensis. Quo pignorato, iudex teneatur ei personaliter vel ad domum statuere ad^{11|} postulacionem dicti domini terminum decem dierum ad recuperandum ipsum pignus. Quo^{12|} termino ellapso, si non comparuerit coram iudice se legitime defendendo, posit^{13|} iudex et debeat dare in solutum domino dictum pignus pro dictis fictis et expensis, vel^{14|} dare sibi licenciam vendendi ipsum pignus, absque alia solemnitate observanda,^{15|} ita quod ipsa vendicio fiat presente iudice et precio consenciente. Et postquam fuerit^{16|} venditum vel datum in solutum, ut supra premititur, dictum pignus, teneatur dominus^{17|} usque ad terciam diem scribi facere in actis iudicis precium quod inde habitum fuerit^{18|} vel pro quanta quantitate peccunie ipsum receperit in solutum. Et si aliquid defuerit ad^{19|} integrum solutionem factorum recentorum cum expensis, habeat dominus regressum usque ad^{20|} supplementum contra imphyteotam et eius bona. Si vero superfuerit, id quod supererit ipsi imphyteote^{21|} dominus restituere teneatur. Verum si imphyteota co(m)paruerit ante ipsius pignoris vendicionem^{22|} vel dacionem in solutum, audiatur eius defensio legitima, siquam habet, et sibi pignus^{23|} restituatur, restitutis prius expensis domino quas fecerat ob predicta. Si vero comparuerit^{24|} post vendicionem dicti pignoris vel dacionem in solutum, audiatur eciam eius defensio,^{25|} omnibus expensis, quas in predictis et circa ea dominus fecerit, sibi domino ante omnia restitutis,^{26|} post que, si constiterit ipsum imphyteotam indebita seu non legitime pignoratum vel id^{27|} quod dominus petebat habere non debere in totum vel in partem, compellatur dominus restituere pro eo^{28|} quod indebita accepit ipsi imphyteote rem pignori acceptam vel eius extimacionem si res non^{29|} est penes dominum, de quibus omnibus possit et debeat cognosci et terminari sine^{30|} libello et strepitu et figura iudicii, sumarie et de plano.^{31|}

IV. Dominus, si dixerit imphyteotam cessasse in soluzione facti per terminos legitimos,
||^{25r} videlicet per tres annos in fictis debitibus laycis et in fictis debitibus ecclesiasticis personis per duos^{1|} annos, non possit sua auctoritate acipere rem imphyteoticariam pro aperta ne exinde scandala oriantur,^{2|} sed adheat iudicem competentem et faciat citari imphyteotam quod compareat coram iudice usque ad^{3|} decem dies, si vult contradicere quominus auctoritate judiciali rem acipiat pro aperta. Quo^{4|} termino ellapso, si non comparuerit

^c absq(ue) eo - successori aggiunto nello spazio bianco al termine della rubrica.

imphyteota, iudex ponat vel poni faciat dominum in tenutam^{5|} et corporalem possessionem dicte rei, tanquam de re aperta ipsi domino. Si autem infra dictum^{6|} terminum imphyteota compareat per se vel legitimum responsalem coram ipso iudice, dicens non^{7|} esse cessatum in ipsa solucione vel alegans aliam iustum defensionem, vel aliter quocumque^{8|} modo comparuerit, dicens se velle resistere vel contradicere peticioni seu requisicioni^{9|} predicti domini, audiatur, si vult probare de solucione vel de dicta iusta defensione, et statuatur^{10|} sibi terminus competens per ipsum iudicem ad probandum de ipsa solucione vel defensione,^{11|} quam probacionem possit facere absque libello et contestacione litis. Sed si vult probare per testes,^{12|} tradat articulos seu capitula intencionum domino prelibato super quibus intendit producere^{13|} testes et, factis contraquestionibus, siquas facere voluerit, infra terminum sibi per iudicem statuendum^{14|} contra dicta capitula per ipsum dominum testes super eis recipiantur. Et si probaverit per testes^{15|} vel instrumenta vel posiciones, que eciam fieri possint, lite non contestata super predictis,^{16|} dominus a dicta requisitione repellatur, alioquin domini requisicio effectui sine aliqua alia sole(m)^{17|}nitate demandetur, non obstante si imphyteota questionem refferset de dominio contra ipsum dominum.^{18|} Et si dominus petierit vel acerperit rem predictam pro aperta, nichilominus ficta preterita vel^{19|} retenta petere valeat. Et si ipsa ficta petierit, nichilominus rem ipsam possit petere^{20|} pro aperta. Eo salvo quod si dominus receperit dictum trium annorum proximorum preteritorum ab imphyteota,^{21|} si dominus est laycus, vel si est ecclesiastica persona duorum annorum proximorum preteritorum, tunc licet ficta^{22|} pro maiori t(em)pore debeantur. Dominus qui recepit taliter ipsa ficta non possit rem petere pro^{23|} aperta, nisi protestetur quod sibi ob hoc non fiat preiudicium. Sed ficta preterita non soluta^{24|} omnia tantum petere valeat dicto casu. Et predicta locum habeant in preteritis, pendentibus et^{25|} futuris nundum tamen finitis. Et in predictis procedatur et cognoscatur sumarie et de^{26|} plano, sine figura et strepitu iudicii, *absque libello et petizione, sine etiam^{27|} memoriali, sine aliqua instancia observanda.* Salvo quod si citatus et requisitus^{28|} negaret se emphyteotam, quod tunc teneatur per actorem offerri et scribi in actis^d^{29|} qualis qualis peticio ad instar cuiusdam memorialis et in totum procedatur iuxta^{36|} formam statutorum loquencium de sumaria cognizione.^e

V. Siquis dominus steterit per viginti annos continuos quod dictum seu prestacionem dicti non^{30|} requisierit ab imphyteota vel ab eo qui in locum imphyteote successerit, a petacione^{31|} fectorum retentorum et non solutorum a dictis viginti annis retro penitus repellatur,^{32|} salvo sibi domino omni iure circa ipsam proprietatem et circa prestacionem fectorum solven^{33|}dorum a viginti annis citra et pro dictis t(em)poris futuri, circa quas prestaciones^{34|} futuras et eciam circa proprietatem non intelligatur contra dominum prescripicio aliqua cucurrisse.^{||25v} Et de dictis petendis pro t(em)poribus preteritis et de omnibus predictis cognoscatur et procedatur^{1|} sumarie et de plano, sine libello et strepitu et figura iudicii. Et predicta locum^{2|} habeant in preteritis, pendentibus et futuris.^{3|}

^d absq(ue) libello - actis aggiunto nello spazio bianco al termine della rubrica.

^e qualis qualis - cognizione aggiunto nel margine inferiore con segno di inserzione.

VI. Nullus imphyteota possit incidere vel scalvare in terra quam tenet ad fictum aliquam⁴ arborem fructiferam, quod si secus fecerit condempnetur in viginti sol(dis) pro qualibet⁵ arbore incissa, et nichilominus dampnum emendet domino. Si vero inciderit arborem⁶ non fructiferam inscio domino vel invicto, conde(m)pnetur in decem sol(dis) pro qualibet arbore,⁷ et nichilominus solvat domino medietatem extimacionis arboris incisse, salvo⁸ quod possit salices et arbaras scalvare. Que predicta in nemoribus seu boschis datis⁹ in imphyteosim non vendicent sibi locum.¹⁰

VII. Si imphyteota domino non solverit fictum unius anni, non liceat ei post dictum annum¹¹ aliquos fructus de terra domini, de qua fictum reddere tenetur, colligere, levare¹² vel exportare, nisi domini voluntate, in pena centum sol(dorum) Plac(entinorum).¹³

VIII. Ordinamus quod nullus imphyteota audeat vendere, permutare, donare in dotem,¹⁴ dare, alienare, vel alio quocumque contractu inter vivos rem de qua reddit¹⁵ fictum in alium transferre, sine requisitione domini legitime facienda, in pena¹⁶ et banno ipsi imphyteote decem librarum Plac(entinorum). Et ipsa vendicio, permutacio, alienacio,¹⁷ donacio in dotem, dacio vel alienacio seu in alium translactio, de quibus¹⁸ supra fit mencio, nullius sint momenti. Et in dominum res predicta reddeat et eo¹⁹ ipso reddisse intelligatur pleno iure, si dominus voluerit. Et nichilominus ipsius²⁰ rei dominus semper sit et intelligatur possessor et pro possessore habeatur et manu²¹ teneatur et defendatur pleno iure, non obstante aliqua t(em)poris prescripcione que²² contra ipsum dominum ab aliquo opponatur. Et intelligatur ipsa res esse alienata²³ et in alium translacta si reperiatur per alium quam per ipsum imphyteotam vel eius²⁴ heredem possideri. Salvo quod possit imphyteota ipsam rem locare et in imphyteosim²⁵ dare iure domini si cessatum fuerit in solucione facti, semper salvo et nichilominus si imphyteota vendiderit vel alienaverit, teneatur restituere precium²⁷ emptori, quod inde receperit, in pecunia numerata, cum omni da(m)pno, interesse,²⁸ melioramento et expensis infra mensem postquam ei fuerit denunciatum, in pena ||²⁶ decem librarum Plac(entinorum). Et nichilominus ad predicta teneatur et omnibus remedii iuris compellatur.¹ Ita tamen quod si imphyteota vendiderit, locaverit vel in imphyteosim dederit sive transacionem aliquam fecerit, teneatur facere mencionem in instrumento dicte alienacionis,³ locacionis, imphyteosim dacionis vel transacionis de domino cui redditur fictum et⁴ de quantitate facti quod debet seu reddi consuevit, et si aliter factum fuerit, intelligatur⁵ res aperta domino ipso iure si voluerit. Non propterea predicti contractus valeant in⁶ preiudicium domini, nisi in casibus supra concessis, de quibus omnibus procedatur et cognoscatur sumarie et de plano, sine libelli oblacione et sine strepitu et figura⁸ iudicii, quocumque tempore feriato et non feriato. Et predicta locum habeant tam in⁹ preteritis quam pendentibus et futuris.¹⁰

VIII. Imphiteota vel curator bonorum imphiteote vel iudex, in casu quo per statuta potest¹¹ dare in soluctum bona debitoris, possit dare in soluctum creditoribus ipsius imphiteotae¹² ius et melioramentum quod habet imphiteota in re imphiteoticaria, premissa denun¹³ciacione per ipsum imphiteotam vel per curatorem bonorum. Qui intendit dare ius suum¹⁴ predictum in soluctum alteri vel per curatorem bonorum ipsius imphiteote, si per curatorem¹⁵ est fienda ipsa solucio, vel per iudicem, eo casu quo fieri potest solucio per iudicem,¹⁶ videlicet quod domino rei personaliter vel ad domum denuncietur per ipsos dantes¹⁷ in soluctum et notificetur quod pro tanto precio quantum est in rei veritate intendunt¹⁸ ipsum ius et melioramentum dare in soluctum et quod parati sunt ipsi domino pro¹⁹ ipso precio vendere dictum ius, post quam denunciacionem dominus expectetur per²⁰ quindecim dies subsequentes infra quos, si voluerit, habeat ipsum ius pro dicto²¹ precio. Quo elapso termino, si recusaverit vel tacuerit dominus, fiat dicta dacio in²² soluctum, videlicet homini qui sit subiectus iurisdictioni communis Placencie,²³ et valeat et teneat. Salvo quod ille qui habuerit predicta in soluctum teneatur²⁴ denunciare domino personaliter vel ad domum quod consenciat ipsi dacioni²⁵ in soluctum quam accepit et eum recipiat in imphiteotam, post quam denunciacionem dominus teneatur usque ad quindecim dies subsequentes confirmare²⁷ ipsam dacionem in soluctum et predictum recipere in imphiteotam, quod si²⁸ non fecerit per inde habeatur et sit ac si consensisset et eum in imphiteotam rece²⁹pisset. Eo adiecto quod de omni confirmatione factorum et iurium factorum, vendorum³⁰ vel datorum in soluctum, vera vel ficta, habeat dominus de qualibet libra^{26v} precii vendicionis vel dacionis in solutum sex denarios et non ultra, aliter autem facta ipsa¹ dacio insolutum non valeat ipso iure. Insuper, ne per dominum et imphyteotam colusio possit fieri² in predictis, nolumus quod dominus, quando sibi fiet dicta prima denunciacio vel postea, possit³ dicere ad impediendum dictam dacionem in solutum vel eciam post ipsam dacionem⁴ in solutum ipsam rem sibi propter ficti cessacionem fore apertam, nisi hostenderit per⁵ scripturam publicam rem ipsam pro aperta acepisse auctoritate iudicis vel saltim requisivisse⁶ ficta ab imphyteota infra tres annos precedentes ipsam primam denunciacionem.⁷

X. Domini terrarum sint pociores ceteris personis in habenda solucione facti et donici de fructibus⁸ ipsarum terrarum, sive dicte terre sint labore per imphyteotam vel collonus ipsius domini vel per alios. Et⁹ eciam sint ipsi domini pociores ceteris personis et creditoribus in iure et melioramento¹⁰ rei imphyteoticarie, si aliquid habere debent pro factis recentis vel preteritis¹¹ non solutis ab ipso imphyteota, quamvis alie persone vel creditores sint t(em)pore pociores.¹² Que omnia locum habeant in preteritis, pendentibus et futuris.¹³

XI. Volumus dominos terrarum esse pociores in fructibus natis super terris suis ceteris aliis¹⁴ creditoribus imphyteote seu colloni ipsorum dominorum de toto eo quod habere debent ab ipsis¹⁵ imphyteotis seu collono.¹⁶

XII. Siquis tenens aliquid per imphyteosim decetero per tria instrumenta publica monstraverit¹⁷ se per trienium continuum debitum canonem seu fictum deposuisse apud aliquem¹⁸ de precepto iudicis competentis, citato eo cui redditur illud fictum, non teneatur¹⁹ ulterius illum canonem seu fictum deponere, nisi dominus infra dictos tres annos²⁰ hostendat causam legitimam coram iudice quare dictum canonem vel fictum²¹ recusset acipere. Nec propter cessaciones dicti t(em)poris vel alias que postea fuerint²² subsecute domino dictum fictum vel canonem renuente, cadat imphyteota a iure quod²³ habebat in re imphyteotica. Sed ad fieta ann(ua) domino solvenda nichilominus²⁴ teneatur.²⁵

XIII. Si probatum fuerit debitum fore integre solutum creditor i vel domino facta t(em)poris²⁶ preteriti fore soluta, teneantur sub pena decem librarum dicti creditores vel domini²⁷ facere instrumentum confessionis de solucione dictorum debitorum et factorum, si de ||^{27r} hoc a debitore vel imphyteota fuerint requisiti. Et eciam teneatur creditor, si habet¹ instrumentum debiti, ipsum dicto casu in pena predicta reddere debitori, non obstante quod² predicti creditores dicant se velle retinere dictum instrumentum pro pena seu pacto.³

XIV. Si aliquis habens ius in re de terra vel re quam tenet ad fictum in rem ab aliquo⁴ conveniatur et dominus obtulerit se defensioni sciente imphyteota et non contradicente ante litem⁵ vel post litem contestatam, admitatur ad defensionem rei et sentencia data pro eo vel contra eum dominum⁶ imphyteote prossit et noceat ac si contra eum vel pro eo data esset. Si vero domino denunciatum non fuerit,⁷ confessiones facte ab ipso imphyteota et testes producti nullius vallitudinis sint, nec domino⁸ noceant ipso iure et sentencia lata et quod factum fuerit firmum et ratum non sit in preiudicium⁹ domini prelibati.¹⁰

XV. Cum aliis pro alio non debeat pati dampnum, provide statuimus quod domus alicuius, de cuius solo¹¹ vel hedificio redditur seu reddi consuevit vel debet fictum aliquid alicui persone ecclesiastice¹² vel seculari, nullo modo destruatur seu guastetur in toto vel in parte per comune Plac(entie) vel aliquem rectorem seu officialem communis Plac(entie) seu per aliquem alium occasione aliqua, in pena centum librarum Plac(entinorum) cuilibet¹⁴ rectori et officiali communis Plac(entie), quam incurat ipso facto si sensi duxit faciendum.¹⁵

XVI. Rubrica de contractibus cum filio familias non fiendis¹⁶
de contractibus cum filio familias non fiendis^f

Statutum est et diucrius observatum quod si quis fecerit aliquem contractum depositi vel mutui¹⁷ vel alterius cuiusvis condicionis cum aliquo filio familias sine consensu patris, ipse contractus¹⁸ in aliquo non valeat nec teneat in preiudicium et dampnum ipsius *fili* *familias*,^g¹⁹ et nichilominus ipse contrahens cum filio familias puniatur in decem libris Plac(entinorum).²⁰ Salvo quod si filius familias habens familiam moratur seorsum a patre cum familia, quamdiu²¹ sic moratur quod habeatur pro patre familias quantum ad contractus sed non quantum ad ultimas²² voluntates. Sed, non obstantibus predictis, si filius familias deposuerit vel mutuaverit²³ peccuniam vel res alicui, possit eo casu facere confessionem de ipsis rebus per eum depositis vel mutu²⁴|atis. Et predicta locum habeant et extendantur ad preterita, presencia et futura.²⁵

XVII. Rubrica de promissione vendendi vel retradendi²⁶
de promissione vendendi^h

Siquis promiserit vel teneatur aliquam rem vendere vel retraddere alicui certo precio ||^{27v} et terminus vendendi vel retradendi non fuerit elapsus, teneatur ille qui promisit vel qui tenetur seu¹ habens causam ab eo facere ipsam vendicionem vel retradicione illi cui facta fuit dicta promisio vel habenti² causam ab ipso soluto precio. Quod si requisitus fuerit ex parte iudicis competentis predicta non fecerit infra³ terminum sibi a iudice assignatum, oblato dicto precio et de precepto iudicis consignato et deposito, sit⁴ et intelligatur esse facta ipsa vendicio et retradiccio perinde ac si per ipsum promissorem legitime facta⁵ esset et intelligatur et sit tunc ille cui facta fuit dicta promissio seu habens causam ab eo post dictum⁶ precium oblatum et consignatum, ut predictitur, possessor verus et legipotimus dicte rei et in ipsa⁷ possessione defendatur et manuteneatur per potestatem et eius iudices. Et predicta omnia locum habeant⁸ non obstante si dictus promissor vel heres eius seu is qui tenetur de dicta re fecisset aliquam⁹ vendicionem vel alienacionem vel legatum *post dictam promissionem*,ⁱ remota omni exceptione. Et si dictus promissor vel¹⁰ heres eius, ut supra dicitur, recussaverit facere ipsam vendicionem vel retradicione ultra¹¹ predicta, nichilominus puniatur in vigintiquinque libris Plac(entinorum). De quibus omnibus possit et¹² debeat cognosci, procedi et terminari sine libello et strepitu et figura iudicii, sumarie et¹³ de plano, diebus feriatis et non feriatis.^j Que omnia extendi volumus ad preterita, presencia et futura.¹⁴

^f nel margine sinistro.

^g filii familias aggiunto nel soprалineo in corrispondenza di co(n)trahentis cu(m) ip(s)o filio familias depennato.

^h nel margine sinistro.

ⁱ post - p(ro)miss(ionem) aggiunto nel soprалineo.

^j et non feriatis aggiunto nello spazio bianco al termine della rubrica con segno di inserzione.

XVIII. Rubrica de relevacione facta iudicatum solvi in instrumento procurationis¹⁵
de relevacione facta^k

Statutum est quod quicumque promissit in aliquo instrumento procuracionis notarii, qui scripsit instrumentum,¹⁶ recipienti nomine cuiuslibet cuius interest vel interesse posset iudicatum solvi pro dicto procuratore suo si re¹⁷ conveniretur, vollendo relevare dictum procuratorem suum a satisdacione iudicatum solvi quod¹⁸ illa relevacio et promissio teneat et valeat et prodesse possit ac si facta esset coram¹⁹ iudice et adversa parte ubiconque sit factum dictum instrumentum.²⁰

XVIII. Rubrica de dote exigenda in bonis viri viventis²¹
de dote exigenda in bonis viri viventis^l

Si mulier in casibus concessis a iure petat dotem in bonis mariti viventis non possit²² vivente marito petereolucionem antifacti vel sponsalicie largitatis, salvo sibi omni²³ suo iure post mortem viri in bonis ipsius viri.²⁴

XX. Rubrica de fideiussoribus et intercessoribus²⁵
de fideiussoribus et intercessoribus^m

Siquis fuerit fideiussor vel intercessor in aliquo debito vel obligacione pro aliquo et ||^{28r} denunciaverit illi pro quo intercessit vel se obligavit, quod eximat eum de ipsa obligacione.¹ Ellapo termino in instrumento debiti vel obligacionis comprehensso, teneatur ille pro quo² facta est dicta intercessio vel obligacio, infra quindecim dies a die quo fuerit sibi denunci³atum, ipsum fideiussorem seu intercessorem eximere cum effectu de ipsa obligacione seu⁴ fideiussione, in pena decem librarum. Et nichilominus ad predicta cogatur omnibus remediis⁵ iuris. Et si in dicto instrumento debiti non fuerit aliquis terminus nominatus, teneatur predictus,⁶ pro quo facta fuit dicta intercessio seu obligacio, eum fideiussorem seu intercessorem⁷ infra quindecim dies postquam sibi fuerit denunciatum, in pena predicta, ellapo anno a⁸ t(em)pore dicte obligacionis numerando, eximere de ipsa obligacione cum effectu. Et de⁹ predictis cognoscatur sumarie et de plano, sine libello et sine strepitu et figura iudicii,¹⁰ diebus feriatis et non feriatis.¹¹

XXI. Quicunque pro aliqua universitate, loco seu villa fuerit pignoratus vel cohactus¹² solvere aliquid comuni Plac(entie) habeat regressum contra ipsam universitatem, villam seu¹³ locum et homines ipsorum. Et iudex seu officialis communis Plac(entie) competens possit et debeat¹⁴ compellere omnibus remediis iuris et omnibus subterfugiis remotis ipsam universitatem,¹⁵ villam seu locum et homines ipsorum ad restituendum et solvendum ei qui solverit¹⁶ id quod predictus solverit et cohactus fuerit solvere cum omni dampno, interesse et expensis¹⁷ sumarie et de plano, sine oblacione libelli et strepitu et

^k nel margine sinistro.

^l nel margine sinistro.

^m nel margine sinistro.

figura iudicij, quocumque¹⁸ t(em)pore feriato et non feriato. § Que omnia observentur si aliquis fideiussor vel¹⁹ intercessor vel promissor pro aliquo in aliquo contractu solverit vel solvere sit²⁰ cohactus.²¹

XXII. Rubrica de prescripcionibus²²
de prescriptionibusⁿ

Siquis steterit per triginta annos quod sibi debitum ex quavis causa non petierit,²³ ellipsis ipsis triginta annis, ab omni actione ipsius debiti penitus repelatur,²⁴ salvis casibus et debitis et peticionibus in quibus et super quibus per statuta communis Plac(entine)²⁵ aliter est provisum. Et hoc locum habeat in preteritis, pendentibus et futuris, nisi²⁶ interrupcio t(em)poris per executorem vel aliter legitime facta esset.²⁷

XXIII. Nulla prescripcio currat contra mulieres circa dotes vel res palafernales²⁸ ipsarum, sive maritus vivat sive sit defontus.||^{28v}

XXIII. Producens aliquam scripturam in qua sit gruppus notarii in qua contineatur aliquem¹ terminum debiti esse datum vel quod faciat mencionem de aliquo revisamento prescriptione² quinque annorum reppellatur nec valeat uti postea dicta scriptura, nisi ipsa scriptura³ esset solemne publicum instrumentum.⁴

XXV. Rubrica de alienacionibus factis duobus⁵
de alienationibus factis duobus^o

Statutum est quod si quis vendiderit vel aliquo modo alienaverit aliquam rem⁶ inmobilem quam alii vendiderat vel alienaverat, condempnetur qualibet vice in⁷ vigintquinque libris Plac(entinorum) et omnis vendicio et alienacio post primam vendicionem⁸ vel alienacionem non valeat ipso iure. Et potestas et iudices eius teneantur⁹ primum emptorem, licet prius non fuerit res predicta tradita per venditorem vel alie¹⁰ natorem, ponere et defendere in possessione dicte rei tanquam verum et legitimum¹¹ emptorem. Et nichilominus teneatur venditor restituere secundo e(m)ptori precium¹² per eum habitum in pecunia numerata cum omni da(m)pno, interesse, melioramento et¹³ expensis infra mensem postquam ei fuerit denunciatum, in pena decem librarum Plac(entinorum).¹⁴ Et nichilominus ad predicta teneatur et omnibus remediis iuris precise compellatur.¹⁵ De quibus omnibus procedatur et cognoscatur sine libelli oblacione, sumarie et¹⁶ de plano, sine strepitu et figura iudicij, quocumque t(em)pore feriato et non feriato.¹⁷ Et predicta locum habeant in preteritis, pendentibus et futuris.¹⁸

ⁿ nel margine sinistro.

^o nel margine sinistro.

XXVI. Rubrica de donacionibus¹⁹

de donationibus^p

Nulla donacio alicuius rei que excedat quantitatem vel extimationem²⁰ vigintiquinque librarum Plac(entinorum) que fieret deinceps inter vivos valeat vel teneat,²¹ nixi coram potestate vel aliquo ex iudicibus eius ad racionem reddendam²² deputatis presentibus quinque testibus fuerit recitata et insinuata, adeo quod,²³ licet in instrumento donacionis dicatur quod tot sint vel intelligantur donaciones²⁴ quot sunt res vel summe seu quantitates, talia verba nichil volumus²⁵ operari. Que autem dicta sunt de donacionibus inter vivos non intelli²⁶gantur habere locum in donacionibus que fiunt a maritis uxoribus ||^{29r} propter nupcias vel propter sponsaliciam largitatem. Que insinuacio fieri debeat diebus¹ iuridicis et iudice pro tribunalii sedente ad banchum ubi ius redditur, et aliter² facta non valeat, eciam si fuerit iuramento firmata.³

XXVII. Si donacio fiat causa mortis et in instrumento donacionis contineatur quod ipsa donacio non⁴ possit revocari per ingratitudinem vel alio modo, non obstantibus dictis verbis⁵ que nichil volumus operari, volumus et declaramus ipsam donacionem esse⁶ mere causa mortis et habere in totum effectum donacionis causa mortis et eam revocari⁷ prout iura volunt loquencia de donacionibus causa mortis.⁸

XXVIII. Rubrica de prohibita alienacione rerum Sancti Lazari⁹

de prohibitione rerum Sancti Lazari^q

Rector seu minister domus Sancti Lazari leprosorum non possit nec ei liceat res¹⁰ immobiles, terras, possessiones, ficta vel iura aquarum ipsius domus vendere, donare,¹¹ alienare vel quovis titulo in alium transferre nec eciam in imphyteosim¹² perpetuam vel ultra decem annos dare alicui persone, collegio vel universitatii¹³ quovis quesito, collore vel causa, sive sit cum consensu conversorum et leprosorum¹⁴ et leprosarum vel absque consensu eorum. Quem consensum eorum conversorum et lepro¹⁵sorum seu leprosarum nichil volumus operari. Que vendiciones, donaciones, alienaciones¹⁶ seu in alium translaciones seu in imphyteosim daciones non valeant ipso iure¹⁷ et nullius sint momenti. Et quas res dicta domus intelligatur semper habere,¹⁸ tenere et possidere pleno iure. Et in eis debeat defendi et manuteneri per¹⁹ potestatem et eius iudices et quoscumque alias officiales comunis Plac(entie), non obstantibus²⁰ dictis vendicionibus, donacionibus, alienacionibus seu in imphyteosim dacionibus.²¹

^p nel margine sinistro.

^q nel margine sinistro.

XXVIII. Rubrica de minoribus²²

de minoribus^r

Nullus pubes, sive habeat curatorem sive non, *confitens se^s* maior vigintquinque annis esse *nec alius quilibet^t* ²³| in contratis vel iudiciis audiatur contra proprium sacramentum, nisi dolo vel ²⁴| fraude vel vi ipsum sacramentum sit extortum. Sed hoc quod dicitur quod quis non ²⁵| audiatur contra sacramentum locum non habeat in illis puberibus vel^u minoribus ²⁶| vigintquinque annis quibus est^v per iudicem interdictum, nec eciam in ^{29v} filio familias absque consensu patris cum alio contrahente, nec eciam in minore ¹| vigintquinque annis qui fecerit absolucionem vel alium contractum cum illo qui ²| fuerit suus tutor vel tutrix, et hoc locum habeat in preteritis, pendentibus et futuris.³

XXX. Quicumque pubes sponte confessus fuerit se maiorem vigintquinque annis, sive in ⁴| contractu, sive in iudicio, sive extra iudicium pro maiore habeatur in contractu ⁵| vel iudicio in quo confessus fuerit se maiorem vigintquinque annis esse, hoc addici⁶|endo quod si pubes in instrumento in quo constituit aliquem procuratorem confitetur se maiorem ⁷| vigintquinque annis, talis procurator habeatur tanquam constitutus a maiore et perinde ⁸| nomine dicti puberis valeat litigare. Et predicta locum habeant in preteritis, pendentibus ⁹| et futuris.¹⁰

XXXI. Minor viginti annis non possit in instrumento vel extra instrumentum confiteri se maiorem ¹¹| vigintquinque annis in aliqua confessione vel absoluzione vel liberacione, quam ¹²| faciat vel fecerit alicui qui fuerit suus tutor vel tutrix vel heredibus ipsius ¹³| tutoris vel tutricis, seu in aliquo contractu vel obligacione quam facit vel ¹⁴| fecerit cum ipso qui fuit suus tutor vel tutrix vel cum heredibus eius, eciam ¹⁵| si confiteretur vel confitebitur cum iuramento se maiorem vigintquinque annis. ¹⁶| Et si dictus minor iuraverit vel dixerit se maiorem vigintquinque annis, vel ¹⁷| iuraverit in instrumento vel confessione vel absoluzione vel contractu vel ¹⁸| obligacione quam fecerit cum predicto seu predicta, qui fuit suus tutor vel ¹⁹| tutrix vel heredibus eius, vel iuraverit in dictis casibus se non venire contra ²⁰| predicta vel contra promissionem suam, nolumus in dictis casibus vel aliquo ²¹| eorum dictum minorem haberi pro maiore. Et dicta confessio vel iuramentum in ²²| dictis pontis vel articulis non valeat ipso iure nec ob hoc habeatur in ²³| aliquo in dictis casibus pro maiore, non obstantibus aliquibus legibus, statutis ²⁴| vel provisionibus communis Plac(ente) vel consuetudinibus, quibus legibus communibus ²⁵| et eciam statutis et provisionibus et consuetudinibus per presens statutum in predictis ²⁶| volumus derogari.²⁷

^r nel margine sinistro.

^s confitens se aggiunto nel soprалineo in corrispondenza di seu depennato.

^t nec - q(ui)lib(et) aggiunto nel margine destro.

^u segue maiorib(us) depennato.

^v segue bonis depennato.

XXXII. Rubrica de mulieribus facientibus finem de sucesione patris vel matris²⁸
de mulieribus facientibus finem^w

Innovamus, confirmamus et approbamus statutum antiquum iusticie ||^{30r} infrascriptum, cuius tenor talis est: «Similiter non recipiam lamentacionem a liberis ali¹|cuius mulieris vel ab ipsa muliere, que fecit finem patri de successione²| patris vel matris cum iuramento adversus filios vel liberos masculos vel femi³|nas ex masculis descendentes, sed contra filios vel liberos ex filiabus recipiam,⁴| nisi veniant contra legitimam voluntatem defonti de cuius hereditate agitur, facta⁵| hinc inde compensacione docium sive dotis que de bonis illius de cuius⁶| successione agitur procesit vel processerunt, et adversus omnes alios, nisi causam habuerit⁷| a patre vel a liberis masculis vel a feminis a masculis descendantibus».⁸

XXXIII. Rubrica de prohybitis contractibus occassione ludi⁹
de prohibitis contractibus occasione ludi^x

Siquis contraxerit vel obligacionem fecerit cum aliquo super ludo vel occassione¹⁰| ludi taxilorum, quoquomodo contratus non valeat ipso iure. Et eciam de¹¹| aliquo ludo taxilorum nullum ius reddatur conquerenti. Et si predicta in dubium¹²| verterentur, posit et debeat iudex cognoscere et terminare sumarie et de plano,¹³| sine libello et sine strepitu et figura iudicii.¹⁴

XXXIV. Rubrica de debitis vel revisamentis contra comune Plac(entie) non emendis vel acquirendis¹⁵
de revisamentis^y

Statutum est quod nullus homo civitatis vel districtus Plac(entie) emat vel aliqualiter¹⁶| acquirat aliquod debitum vel nomen debiti seu revisamentum contra comune Plac(entie),¹⁷| quod si fecerit non valeat ipso iure.¹⁸

XXXV. Rubrica de privilegiis eius ex cuius peccunia res est empta vel refecta¹⁹
de privilegiis ex quibus res est empta^z

Statutum est antiquum iusticie quod aprobamus cuius tenor hic est: «Et si²⁰| aliquis de Placencia vel comitatu rem suam vendiderit et tradiderit vel²¹| de pecunia sua empta fuerit vel refecta, et emptor vel ille^{aa} cuius^{bb}²²| res empta vel refecta est teneatur^{cc} precium vel debitum²³| non solverit cum vendor ei fidem habuerit venditorem vel eum de cuius²⁴| pecunia res empta est vel refecta in re ipsa dum taxat apud²⁵| emptorem vel debitorem vel eius heredes vel eius uxorem pociorem faciam ||^{30v} donec plenam solucionem precii

^w nel margine sinistro.

^x nel margine sinistro.

^y nel margine sinistro.

^z nel margine sinistro.

^{aa} segue q(ui) ad pecuniam qua depennato.

^{bb} cui(us) aggiunto nel margine destro.

^{cc} teneat(ur) da tenetur con -a- aggiunto nel sopralineo.

vel debiti habuerit, suam esse pecuniam intelligimus^{1|} sive eam crediderit sive pro ea peccunia intercessit et eam solvit vel solvere teneatur^{2|} sive totum capitale societatis sive fuit vel pro ea parte quam posuit in societate.»³

XXXVI. Rubrica de locatoribus, conductoribus et collonis⁴

de locatoribus et collonis^{dd}

Quilibet inquilinus, finito termino locacionis domus sibi facte per alium, teneatur^{5|} et debeat exire de domo et eam restituere et dimitere liberam et expeditam locatori^{6|} infra octo dies post dictum terminum, excepcione dominii vel alia quavis^{7|} exceptione non obstante. Qui inquilinus, si requisitus predicta facere^{8|} conte(m)pserit, incidat pena centum sol(dorum) ipso facto. Et nichilominus, omnibus^{9|} remedis iuris, precisse ad predicta per competentem iudicem compellatur. De quibus^{10|} et super quibus omnibus procedatur et cognoscatur sumarie et de plano, absque dacione^{11|} libelli et sine strepitu et figura iudicii, quocumque t(em)pore feriato et non feriato. Et^{12|} predicta locum habeant ad preterita, pendencia et futura.¹³

de locationibus^{ee}

XXXVII. Locator domus non posit inquinatum de domo expellere ante completum^{14|} terminum locacionis, licet dicat se velle ibi habitare, nisi aliter sit conventum.^{15|} Qui locator, si dictam domum vendiderit nundum completo termino locacionis,^{16|} teneatur inquilinus requisitus per emptorem exire de domo et eam sibi^{17|} dimitere liberam et expeditam infra mensem a die quo sibi fuerit denunciatum,^{18|} excepcione dominii vel alia quavis excepcione non obstante, in pena centum^{19|} sol(dorum) Plac(entinorum). Et nichilominus, ad predicta omnibus remedis iuris precisse compellatur,^{20|} salvo ipsi inquilino omni iure, ratione, da(m)pni et interesse siquod sibi competit^{21|} contra ipsum locatorem. Quod si inquilinus pecuniam solvisset pro penssione ipsi^{22|} locatori et nundum esset terminus completus pro quo pensio fuit soluta,^{23|} non teneatur exire inquilinus dictam domum, nisi prius dicta pecunia soluta^{24|} pro t(em)pore nundum completo sibi restituatur. De quibus et super quibus omnibus^{25|} procedatur et cognoscatur sumarie et de plano, sine libelli oblacione et sine^{26|} strepitu et figura iudicii, diebus feriatis et non feriatis. Et predicta locum^{27|} habeant ad preterita, pendencia et futura.^{||}^{31r}

XXXVIII. Omnis laborator terrarum teneatur requirere dominum t(em)pore mesium et vindemiarum ut^{1|} intersit per se vel per nuncium suum ipsis mesibus et vindemiis et segacioni, colecioni^{2|} et divisioni feni et notificare sibi diem quo vult metere et excutere blada et^{3|} legumina et segare, colligere et dividere fenum et quando vult incipere vindemias.^{4|} Alioquin, ipso iure sit conde(m)pnatus comuni in viginti sol(dis) Plac(entinorum) qualibet vice qua^{5|} fuerit contrafactum. Et nichilominus, de quolibet

^{dd} nel margine sinistro.

^{ee} nel margine sinistro.

sestario seminato frumenti,⁶ sicalis, spelte, ordei, fariole, avene ad racionem unius modii adminus dare⁷ et reddere teneatur domino sine aliqua probacione facienda, si dominus maluerit vel⁸ si placuerit domino reddere sibi legitimam racionem, tam de predictis, quam de vino et⁹ feno de marzaticis. Vero videlicet de milica, milio, panico, vicia et omnibus¹⁰ leguminibus teneatur domino iustum reddere racionem. De quibus iudex maleficiorum¹¹ posit et debeat cognoscere sumarie et de plano, sine dacione libelli et sine¹² strepitu et figura iudicii, quocumque t(em)pore feriato et non feriato et absque aliquo¹³ memoriali et absque aliqua instancia.^{ff 14}

XXXVIII. Sit in arbitrio domini, si maluerit, adonegare et partiri in campo fructus¹⁵ cum collono vel laboratore ipso volente vel invicto, nisi inter eos aliter¹⁶ sit conventum, et facta dicta adonegacione seu divissione, teneatur collonus¹⁷ vel laborator partem domini conducere ad aream ubi dominus voluerit in villam,¹⁸ in cuius territorio nati fuerint dicti fructus, in pena centum sol(dorum) Plac(entinorum) ipsi¹⁹ laboratori si contra duxerit faciendum. Et si dominus noluerit adonegare²⁰ in campo, tunc teneatur collonus seu laborator conducere totam blavam²¹ in aream domini, nec liceat ipsi laboratori paleas, invicto vel inscio²² domino, de area ipsius domini exportare in pena predicta, super quibus posit²³ et debeat procedi et terminari sine strepitu et figura iudicii, t(em)pore²⁴ feriato et non feriato, sumarie et de plano et sine aliquo memoriali et²⁵ aliqua instancia.^{gg 26}

XL. Laboratores terrarum ad donicum teneantur conducere blada²⁷ et legumina Placencie ad domum domini infra octo dies²⁸ postquam levata fuerint de area, nisi inter eos aliter²⁹ sit conventum, in pena viginti sol(dorum) Placentinorum et³⁰ emendacionis dampni domino.||^{31v}

XLI. Rubrica de hiis qui parentum hereditatem repudiaverunt¹
de hereditatem parentum repudiantiis^{hh}

Qui repudiavit hereditatem parentum ascendencium, si post repudiacionem tenuerit² ipsam hereditatem vel res ipsius hereditatis, talis repudiacio non valeat, nisi³ ipse repudians hostenderit ipsam hereditatem vel res hereditatis iusto titulo⁴ tenere vel tenuisse. Et predicta locum habeant in preteritis, pendentibus et futuris.⁵

^{ff} et absq(ue) - *instancia aggiunto nello spazio bianco al termine della rubrica.*

^{gg} et sine - *instancia aggiunto nello spazio bianco al termine della rubrica.*

^{hh} nel margine sinistro.

XLII. Rubrica qualiter donacio antifacti et sponsalicia fienda est uxori⁶
de donationeⁱⁱ fienda per virum uxori^{jj}

Ad tolendas controversias et dubia que sepius oriebantur occasione constituendi ⁷| antifactum seu donacionem propter nupcias et sponsaliciam largitatem per viros ⁸| uxoribus in doctalibus instrumentis, statuimus quod decetere constituantur et ⁹| fiat donacio per virum uxori in instrumento doctali nomine antifacti seu ¹⁰| donacionis propter nupcias et sponsalicie largitatis pro medietate dotis vel ¹¹| extimacionis dotis tantum quam maritus receperit. Ut puta, si maritus ¹²| recepit nomine dotis ducentas libras in pecunia vel rebus extimatis vel ¹³| inextimatis valentibus ducentas libras Plac(entinorum), fiat per maritum donacio ¹⁴| propter nupcias in instrumento doctali uxori nominatim de tanti ex suis bonis ¹⁵| mobilibus et immobilibus et iuribus quibuscumque, que nunc habet et ¹⁶| habiturus est, que bene valeant quinquaginta libras Plac(entinorum) et propter ¹⁷| sponsaliciam largitatem seu nomine sponsalicie largitatis que bene ¹⁸| valeant decem libras Plac(entinorum). *Et si fieret ultra dictam quantitatem valeat ²⁰| tantummodo usque ad legi optimum modum iuxta predicta.*^{kk} ²¹| Aliter autem ipse donaciones que decetere ¹⁹| fient non valeant ipso iure.²⁰

XLIII. Rubrica de dote et donacionibus propter nupcias lucrandis²²
de dote et donationibus^{ll}

Consuetudo est in civitate Plac(entie) et episcopatu longissimo tempore ²³| observata, cuius contrarii memoria non existit, quod si uxor moritur ²⁴| ante maritum, si ex ipso marito liberos non relinquat, quod eo casu ²⁵| maritus lucratur dotem pleno iure. Si vero relinquat liberos ²⁶| ex dicto viro, eo casu vir toto t(em)pore vite sue habeat ipsius dotis ¹| usumfructum dumtaxat et proprietas et ius dotis et exigendi eam remanet ipsorum liberorum ex dicta uxore premortua relictorum. § Si vero maritus decebat antequam uxor, ²| si ex ipsa uxore liberos non relinquid, eo casu antifactum seu donacionem propter nupcias ³| et sponsaliciam largitatem uxor lucratur pleno iure. Quod si maritus premoriens ex ipsa uxore ⁴| liberos relinquid, eo casu uxor habeat usumfructum dumtaxat toto t(em)pore vite sue ipsarum ⁵| antifacti seu donacionis propter nupcias et sponsalicie largitatis. Et proprietas et ius habendi ⁶| et consequendi ipsas antifactum seu donacionem propter nupcias et sponsaliciam largitatem ⁷| remanet penes liberos ipsius mulieris ex ipso matrimonio procreatos, hoc videlicet ⁸| observando quod eo casu dicta mulier, antequam possit exigere et habere ab heredibus viri ⁹| dictum antifactum seu donacionem propter nupcias et sponsaliciam largitatem, teneatur ¹⁰| prestare liberis predictis ydoneam securitatem de restituendis ipsis liberis dictis antifacto ¹¹| seu donacionibus propter nupcias et sponsaliciam largitatem, si contingat eam *precedere^{mm}* ¹²| liberis prelibatis. Quam consuetudinem confirmamus et approbamus et pro lege ¹³| municipali perpetuo inviolabiliter volumus observari. Et que dicta sunt circa dotem ¹⁴| lucrandam per virum

ⁱⁱ segue facta depennato.

^{jj} de donatione - uxori nel margine sinistro.

^{kk} et si - p(re)d(i)cta aggiunto nello spazio bianco al termine della rubrica con segno di inserzione.

^{ll} nel margine sinistro.

^{mm} p(re)cedere da p(re)cedere con -de- aggiunto nel soprallineo.

seu certo modo habendam et circa antifactum seu donacionem propter^{15]} nupcias et sponsaliciam largitatem lucrandas per uxorem certo modo habendas in casibus^{16]} predictis locum habeant, nisi expresse inter ipsas partes aliter sit conventum. Sane per predicta^{17]} vel aliquod predictorum nullum in aliquo derogari statuto quod loquitur de muliere^{18]} que fecit finem patri de successione patris vel matris cum iuramento, quod statutum^{19]} de muliere faciente finem manere volumus in omnibus suis partibus firmum et^{20]} perpetuo illibatum.²¹

XLIII. Rubrica de alienacionibus simulatis²²

de vinditionibus simulatisⁿⁿ

Odiosas cauciones simulatos contractus et alienaciones faciem in aliorum^{23]} non modicam lexionem afferre de medio cupientes, statuimus quod si quis aliquam^{24]} domum, terras, possessiones vel res immobiles alii vendiderit, alienaverit, donaverit,^{25]} permuttererit, seu quovis titulo in alium transtulerit et vendor, alienator^{26]} vel donator vel permutterator seu ipsarum rerum in alium translactor post dictos^{27]} contractus vel aliquem eorum ipsas domos habitaverit vel pensionem inde receperit^{28]} vel dictas res tenuerit vel coluerit seu collii fecerit et inde fructus percepere, ^{29]} quod eo casu tales contractus presumantur et sint functi et simulati et nullius^{||32v} momenti, silicet quantum in preiudicium vel lexionem aliquam omnium aliorum qui ipsos^{1]} contractus non fecerint. Sed quantum in preiudicium illorum qui dictos contractus fecerint,^{2]} valeant inter se tantum prout alias valuerint, non obstante hoc statuto. Et predicta^{3]} locum habeant non obstante quod in instrumentis dictorum contractuum dicatur quod vendor vel^{4]} donator vel permutterator vel alienator seu in alium translactor constituit se res^{5]} predictas possidere vel quasi nomine illius cui vendidit vel donavit vel permutteravit^{6]} vel alienavit. Et quod dictum est quod dicti contractus vel aliquis eorum non valeant^{7]} nec teneant in preiudicium aliorum, intelligimus et declaramus quod non faciant^{8]} dicti contractus preiudicium aliis, qui ante ipsos contractus contraserunt cum^{9]} predictis et eciam qui contraserunt cum eis post dictos contractus durante t(em)pore^{10]} quo dicti alienatores post dictos contractus tenuerunt res predictas vel aliquam^{11]} earum, quo eciam t(em)pore durante tales alienatores non intelligantur possidere vel^{12]} prescribere in preiudicium aliorum. Et predicta omnia vel aliquod eorum non habeant^{13]} locum quando alienator per eum cui facta est alienacio date sunt res predite^{14]} vel aliqua earum in imphyteosim perpetuam absque fraude et fraudem intelligimus^{15]} quando ille, qui investit ad fictum imperpetuum, confessus est se habere in totum^{16]} vel in partem ab ipso imphyteota facta pro t(em)poribus futuris vel dicto imphyt(eote) dicta facta^{17]} donavit pro t(em)poribus futuris in totum vel in partem dummodo investiens rem^{18]} investitam tenuerit, quo casu dicta imphyteosis dacio non intelligatur in predictis^{19]} casibus exceptata, nec eciam talis confessio vel donacio fictorum pro t(em)poribus futuris^{20]} valeat in aliquo in dictis casibus eciam inter ipsos donantem et donatarium vel^{21]} confitentem et eum cui facta est confessio de dictis fictis vel parte eorum pro^{22]} aliquibus t(em)poribus vel prestacionibus futuris. Que omnia supradicta locum habeant in^{23]} preteritis, pendentibus et futuris.

ⁿⁿ nel margine sinistro.

Intelligatur eciam alienacio facta esse in fraudem,^{24|} si facta fuerit postquam curator datus fuerit bonis alicuius et ante solutionem^{25|} factam creditoribus, qui in iudicio comparuerint et de debitis fidem fecerint,^{26|} quantum est in preiudicium dictorum creditorum et eciam alienacio facta per aliquem^{27|} postquam factum fuerit ei preceptum per iudicem quod det bona sua in scriptis^{28|} vel quod solvat alicui quantum est in preiudicium eius ad cuius postulacionem^{29|} factum fuerit dictum preceptum. Et predicta locum habeant in^{30|} futuris tantum.^{||33r}

XLV. Rubrica de deposito et acomanda¹

de depositatis rebus in deposito^{oo}

In hiis que consistunt in pondere, numeros vel mensura, si fiat depositum et^{2|} depositarius promitat ipsum depositum restituere usque ad certum terminum, non possit^{3|} ante ipsum terminum depositarius compelli restituere dictum depositum ad postulacionem^{4|} deponentis seu cuiuscumque modo vel casu aliquo. Salvo quod interim possint fieri^{5|} saximenta, hoc statuto non obstante.⁶

XLVI. Nullus ex hiis qui sunt obligati pro contratibus preteritis, sive ex causa depositi^{7|} vel quavis alia, possit detineri personaliter usque ad quindecim menses a tempore^{8|} publicacionis huius statuti numerandos. Quo termino elapso, posit quilibet obli^{9|}gatus ex causa depositi ab hinc retro contractu detineri iuxta formam statuti^{pp 10|} loquentis de debtoribus qui possunt ex causa depositi detineri, salvo quod, elapsis^{11|} dictis quindecim mensibus, si quantitas debita ex causa depositi debiti ab hinc retro^{12|} est a quinquaginta libris supra, tunc si debtor paratus erit cum effectu solvere^{13|} medietatem dicti debiti in pecunia numerata et aliam medietatem in aliis^{14|} rebus vel possessionibus suis non detineatur personaliter. Salvo quod quilibet,^{15|} tam pro quibuscumque debitis preteritis quam futuris, ex causa depositi vel quavis^{16|} alia, possit cedere bonis et^{qq} de qua cessione quod iuris^{17|} et qualiter fieri debeat in alio statuto plenius continetur.¹⁸

XLVII. Statutum est quod si aliquis decetero receperit vel confessus fuerit recepisse^{19|} pecuniam vel rem in depositum vel acomandam ab aliquo civitatis Plac(ente)^{20|} vel districtus, compellatur reddere et restituere creditori in pecunia numerata^{21|} vel si est alia res rem depositam sine dacione libelli et strepitu iudicii et sine aliquo memoriali et aliqua instancia,^{rr 22|} nulla excepcione obstante. Alioquin, detineatur personaliter vel pignoretur ad^{23|} voluntatem deponentis vel acomandantis vel eius habendis vel habentis causam ab eo,^{ss 29|} quoisque satisfecerit creditori^{24|} predicto. Salvo quod si dixerit se habere iustum defensionem vel excepcionem,^{25|} audiatur et non detineatur, facta primo depositione et

^{oo} nel margine sinistro.

^{pp} da statuti con la seconda -a- corr. da u.

^{qq} segue tu(n)c no(n) detineat(ur) depennato.

^{rr} et sine - instanciā aggiunto nel margine destro.

^{ss} v(e)l - eo aggiunto nel margine inferiore con segno di inserzione.

consignacione in peccunia²⁶ numerata dicti debiti, vel, si non fuit pecunia, facta depositione rei deposite²⁷ vel tantundem, si consistit in pondere vel mensura, coram iudice coram^{||33v} quo convenitur et non aliter. Quo facto, iudex sine alia contestacione vel libello¹ statuat certum terminum arbitrio suo debitori ad probandum ipsam defensionem² vel exceptionem. Qua legitime probata, absolvatur et dictum depositum sibi³ debitori restituatur, alioquin detur creditori. Eo videlicet adiecto et perpetuo⁴ observando quod si quis paratus sit cum effectu cedere bonis suis non possit⁵ detineri vel in carcерem poni durante dicta cessione vel deposito⁶ quovis alio debito preterito vel⁶ futuro quod debeat alicui excepto comuni Plac(entie). Que cessio sic fiat quod preconizetur⁷ premisso ter sono tube in platea communis, iudice rationis sedente ad banchum hora consueta^{wu} sub⁸ palacio communis die iuridico et presente ipso debitore cedente quod talis videlicet⁹ nominando eum cedit bonis. Et subsequenter ipse debitor presente iudice palam¹⁰ et publice dicat: «Cedo bonis» et dicta crida et dictum debitoris scribatur in¹¹ actis. Quibus factis, persona debitoris dimitatur, salvo ipsis creditoribus omni iure¹² circa ipsa bona tam presencia quam futura. Ita tamen quod deducto ne egeat numquam¹³ vendicet sibi locum etiam in bonis que postea aquireret.^{vv} Et quod dictum est quod quis possit cedere bonis non inteli¹⁴gatur in forenssibus qui non sunt de civitate Plac(entie) vel episcopatu, quorum cessio¹⁵ occasione alicuius debiti non valeat ipso iure. Nec intelligatur si aliquis cedens¹⁶ bonis suis^{ww} probatus fuerit habere bona extra civitatem Plac(entie) et districtum quo¹⁷ casu cessio non valeat ipso iure.¹⁸

XLVIII. Rubrica de feodis¹⁹
de feudis^{xx}

Siquis dominus postulaverit ab aliquo suo vasallo vel ab eo qui causam habuerit²⁰ a vasalo ut sibi feodum manifestet, cogatur per iudicem co(m)petentem ipsum²¹ feodium et res feedales manifestare et hoc scribatur in actis ad postu²²lacionem domini prelibati.²³

XLVIII. Siquis confessus fuerit consorti suo vel alii cuicunque quod id quod tenet vel²⁴ habet in aliquo loco vel certas res quas habet vel tenet esse feedales seu²⁵ feodium, nolumus talem confessionem preiudicare uxoribus seu aliis²⁶ contrahentibus qui postea cum ipso confitente vel heredibus eius contraxerint²⁷ vel contraxerunt, nisi de ipsis rebus feedalibus vel feodo alias seu aliter^{||34r} legitime doceretur que confessiones preiudicent tantum confidentibus inter se et¹ heredibus eorum. Et predicta locum habeant et extendantur ad preterita, pendencia² et futura.³

^{tt} durante - depo(s)ito aggiunto nel soprалineo in corrispondenza di p(ro) depo(s)ito v(e)l depennato.

^{wu} hora c(on)suetu aggiunto nel soprалineo.

^{vv} etia(m) - aquireret aggiunto nel soprалineo.

^{ww} suis aggiunto nel soprалineo.

^{xx} nel margine sinistro.

L. Statutum est quod si feodum alicuius fuit vel fuerit datum in solutum alicui⁴ pro aliquo debito et debitor feodium domino refutaverit, talis refutacio non⁵ noceat creditoribus. Eo salvo quod si res feudalis fuerit accepta in solutum et⁶ debitor vasalus sine liberis legitimis decesserit, domino libere aperiatur vel ei ad⁷ quem de iure feodium aperiri debet, non obstante dicta acepcione in solutum. Que⁸ acepcione et dacio in solutum valeat tantum in preiudicium^{yy} vasali et heredum⁹ eius utriusque sexus et cuiuscumque habentis causam a dicto vasalo.¹⁰

LI. Si feodum quod datum fuerit in solutum creditori apertum fuerit domino vel¹¹ consorti, salve sint creditor i vel eius heredibus vel ei qui causam ab eo habuerit¹² pristine actiones et pristina iura. Et hoc locum habeat in preteritis et futuris.¹³

LII. Rubrica quod suficiat in una ex rebus alienatis acepsisse tenutam¹⁴
de tenutis^{zz}

Si venditor vel alio modo contrahens tenutam emptori vel alio modo¹⁵ contrahenti dederit ex una rerum super quibus contractum est vel erit nomine¹⁶ aliarum rerum, seu sua parabola intrare precepit et ipse intravit ipsam tenutam,¹⁷ valeat ipsa tenuta in aliis rebus predictis ac si in singulis rebus intrasset. Et¹⁸ illud idem observetur in tenutis datis de precepto iudicis competentis et eciam¹⁹ in tenutis datis per curatorem bonis alicuius datum.²⁰

LIII. Rubrica de re locata per locatorem alienata²¹
de locationibus^{aaa}

Si terra seminata aut vinea putata vendita vel permutata vel alio²² modo alienata fuerit, ille ad quem pervenit sit contentus in eo redditu²³ in eo anno quem laborator illius terre vel vinee dare tenebatur ei²⁴ per quem alienata fuerit. Si vero alio modo fuerit laborata et collonus²⁵ a domino interesse consequi non poterit, extimacionem laborerii novus dominus ||^{34v} ei dare compellatur, nisi ipse novus dominus terram collono dimiserit secundum pacta¹ vetera locacionis usque ad percepcionem fructuum illius anni.²

LIV. Rubrica de convenientiis debitoribus forensibus³
de conveniendo debitorem^{bbb}

Siquis ex causa legitima dicat se creditorem alicuius qui non sit de civitate⁴ vel districtu Plac(entie) habens et hostendens instrumentum debiti coram potestate vel⁵ iudicibus eius possit ipsum debitorem existentem in civitate Plac(entie) vel⁶ districtu facere personaliter detineri. Et ad hoc potestas et eius iudices teneantur quoisque ipsi creditoris

^{yy} segue d(i)c(t)i depennato.

^{zz} nel margine sinistro.

^{aaa} nel margine sinistro.

^{bbb} nel margine sinistro.

fuerit satisfactum. Salvo quod si dictus debitor⁸ dicat se habere legitimam defensionem et det ydoneam securitatem civem Plac(entie)⁹ iudicatum solvi, prestita dicta satisdacione, non detineatur personaliter, sed eius¹⁰ defensio legitima audiatur.¹¹

LV. Rubrica nullus ex debito privato carceretur¹²

de debito privato^{ccc}

Nullus ex causa alicuius debiti privati detineatur vel in carcerem detrudatur,¹³ salvo quod hoc non intelligatur in obligatis ex causa depositi, in quo deposito¹⁴ statuta communis Plac(entie), predictis non obstantibus, vendicent sibi locum,^{ddd} *salvis aliis casibus*¹⁶ in quibus per statutum communis Plac(entie) aliter est provissum.^{eee17}

LVI. Rubrica de hiis que pertinent ad ultimas voluntates et sucessiones¹⁸

de ultima voluntate^{fff}

Tutor vel tutrix testamentarius vel testamentaria possint adhire hereditatem¹⁹ pupilorum vel pupillarum et valeat adhicio sine aliquo tutore vel curatore²⁰ dando occasione dicte hereditatis adheunde.²¹

LVII. In legatis relictis ecclesiis vel religiosis vel hospitalibus vel quibuslibet pauperibus²² vel miserabilibus personis seu aliis quibuscumque volumus procedi, cognosci²³ et terminari sumarie et de plano, sine figura et strepitu iudicii et²⁴ absque libelli oblacione, t(em)pore feriato et non feriato. Et hec locum ||^{35r} habeant ad preterita, pendencia et futura.¹

LVIII. Declaramus quod si quis in testamento vel ultima voluntate dixerit: «Volo² et relinquo vel iubeo uxorem meam esse donam et dominam omnium bonorum³ meorum», vel dixerit: «Volo vel iubeo uxorem meam donam et dominam⁴ esse usuario vel usufructuario nomine omnium bonorum meorum», quod per dicta⁵ verba, silicet donam et dominam vel donam vel dominam usuario vel usu⁶fructuario nomine, dicta uxor non posit petere vel habere nisi alimenta⁷ dumtaxat sive defontus deceserit relictis liberis sive absque⁸ liberis sive deceserit relictis heredibus liberis suis sive extraneis⁹ quibuscumque.¹⁰

^{ccc} nel margine sinistro.

^{ddd} segue et idem¹⁵ obs(er)vett(ur) in debitis imphyteoticis seu ex c(aus)a ficti depennato.

^{eee} salvis - p(ro)vissum aggiunto nello spazio bianco al termine della rubrica.

^{fff} nel margine sinistro.

LVIII. Quilibet heres, sive ex testamento sive ab intestato, adhita hereditate,¹¹ habeatur et intelligatur possessor vel quasi possessor omnium bonorum, rerum¹² et iurium que defontus tenebat et possidebat vel quasi possidebat¹³ t(em)pore quo decessit, nulla relactione dominii vel alia quavis exceptione¹⁴ impediente vel obstante.¹⁵

LX. Sufficiant in testamentis nuncupativis et in qualibet alia ultima¹⁶ voluntate quinque testes masculi et puberes, eciam non rogati, salvo¹⁷ quod in qualibet ultima voluntate excepto testamento mulieres^{ggg} eciam ad testimonium admitantur.¹⁹

LXI. Inventaria quorumcumque heredum et eciam tutorum et curatorum, que manu²⁰ publici tabelionis tribus presentibus conficientur, valeant licet²¹ non sint citati vel vocati creditores vel legatarii vel alia legum²² solemnitatis observata.²³

LXII. Interfectores vel consciī mortis alicuius, tam ipsi quam eorum²⁴ descendentes, ab omni successione defonti interfecti perpetuo²⁵ excludantur.||^{35v}

LXIII. Rubrica de imbreviaturis notariorum defontorum¹
de imbreviaturis notariorum^{hhh}

Teneantur consules notariorum investigare et inquirere omnes penes quos sunt² imbreviature notariorum defontorum qui non relinquerunt liberos masculos³ notarios, scribere nomina ipsorum apud quos dicte imbreviature existunt, si non sunt⁴ notarii, ad hoc ut sciatur apud quos existunt dicte imbreviature, et nichilominus⁵ procurent quod potestas eis precipiat sub certa pena de dictis imbreviaturis⁶ custodiendis et salvandis.||^{36rⁱⁱⁱ}

^{ggg} segue pube¹⁸ res depennato.

^{hhh} nel margine sinistro.

ⁱⁱⁱ Il f. 36r-v è bianco.

[Liber quartus]

||^{37r} *Incipit liber quartus*¹

Incipit liber quartus²

I. Rubrica de rebus extraordinariis³

Rubrica de oneribus communis Plac(entie)⁴

de rebus extraordinariis et oneribus communis Placen(tie)^a

§ Ut inter cives et districtuales Plac(entie) idem ius observetur et commune Placen(tie) non
fraudetur, firmiter ordinamus quod omnes civitatis et districtus Plac(entie) qui non sunt
extimati faciant se extimari seu in talea poni, in pena decem librarum Plac(entinorum).
Sed ⁷| hoc non habeat locum in scutiferis et bibulcis stantibus ad mercedem, panem et ⁸|
vinum alterius comedendo, neque in pauperibus qui vadunt publice mendicando ⁹| qui non
habent familiam, videlicet uxorem vel liberos, nec aliqua bona immobi¹⁰|lia inveniuntur
possidere vel mobilia valencia ultra quantitatem *decem*^b ¹¹| librarum. Sane onus aliquod
reale vel personale seu imposicio aliqua nemini in ¹²| civitate Plac(entie) imponatur, nisi
in porta *in vic(inia)*^c ubi moratur t(em)pore ipsius imposicionis, ¹³| nec alicui rustico, nisi
in villa in qua moratur cum familia t(em)pore ipsius impo¹⁴|sionis, et si secus factum
fuerit non valeat ipso iure.¹⁵

II. Statutum est quod quelibet villa que habet ultra decem focos seu focolaria tene¹⁶|atur
quolibet anno elligere unum consulem de ipsa villa, qui consul possit ¹⁷| agere et
conveniri pro debitis communis Plac(entie) et super omnibus acuis vel denunciacionibus
¹⁸| vel inquisicionibus que fierent de ipsa villa vel per ipsam villam, et qui fuerit ¹⁹| uno
anno vacare debeat ab ipso consulatu per bienium postea subsequentem. ²⁰| § Si vero villa
fuerit infra quantitatem decem focoliariorum, teneatur se coniungere ²¹| cum una ex tribus
villis proximioribus habentibus consulem vel elligere consulem ²²| de se ipsa villa.²³

III. Ut equalitas circa onera realia et personalia in omnibus obseruetur, provide ²⁴|
statuimus quod onera que sunt realia et decetero imponentur villis, castris, ²⁵| locis et
hominibus episcopatus et districtus Plac(entie) per patrimonia dividantur. ²⁶| Realia
vero onera intelligantur videlicet impossicio salis, extimi seu talee, ²⁷| impossicio bladi,
portorum, vini, solucio salariorum potestatum, consulum, ²⁸| defensorum, advocate-
rum, sindicorum seu procuratorum, restitucionum et emendarum ²⁹| dampnorum et
condempnacionum que fient de ipsis villis, castris et locis ³⁰| seu comunitatibus, et eciam
alia que de iure comuni mere realia ||^{37v} reputantur. Eo salvo quod conde(m)pnationes

^a nel margine sinistro.

^b decem aggiunto nel soprалineo in corrispondenza di quindecim depennato.

^c in vic(inia) aggiunto nel soprалineo.

dictorum locorum et villarum et castrorum et comunitatum et ^{1|} emende que fient pro eo quod dicte ville vel comunitates non ceperint malefactores quod ^{2|} dicte condempnaciones et emende solvantur et dividantur per ipsos homines pro medietate ^{3|} secundum capita et pro alia medietate secundum patrimonia, sive sit fienda divissio ^{4|} et contribucio ipsarum condempnacionum inter plures villas seu loca, sive inter ^{5|} homines alicuius ville, castri seu loci. § Personalia onera dividantur et fiant ^{6|} modo infrascripto, videlicet quod dividantur per capita. Ita tamen quod de eadem domo et ^{7|} familia in qua statur ad unum focum et comunem victimum, quorum bona non ^{8|} sunt divissa, non compellantur ad predicta ultra duo viri. Ita videlicet quod *obsservetur*^d ^{9|} equalitas in dictis oneribus personalibus subeundis in numero dierum quibus ipsa ^{10|} personalia onera substinebuntur, ut puta, si aliquis substinuit ipsum onus ^{11|} per decem dies, quilibet aliis de ipso loco teneatur tanto t(em)pore subire, quo usque ^{12|} numerus omnium de dicto loco sit completus et completo numero dierum et virorum ^{13|} modo supradicto reddeat et observetur iterum et deinceps dictus ordo. Eo salvo ^{14|} quod si quis ex predictis noluerit ire in exercitum vel andatam, possit mitere ^{15|} pro se unum sufficientem virum et tunc excusetur personalia vero onera ^{16|} intelligimus et declaramus videlicet quando itur in exercitum vel cavalcatam ^{17|} seu andatam seu monstram vel quando mititur ad custodiam civitatis vel ^{18|} alicuius castri vel loci seu quando mititur ad fiendum aliquam stratas, fossatum, ^{19|} pontem, fortificiam vel aliquod aliud simile fiendum. Omnia autem alia ^{20|} onera de quibus supra non est facta mencio, que non sunt mere realia, persona^{21|}lia volumus reputari. Salvo quod ad dicta onera personalia non teneantur ^{22|} mulieres et minores sedecim annis et eciam qui etatem annorum ^{23|} septuaginta excesserunt. Et si aliquis de districtu Plac(entie) habitacionem ^{24|} mutaverit, solvat et substineat onera realia ubi habitabat t(em)pore quo ^{25|} fuerunt ordinata vel imposta. Onera vero personalia substineat ubi habitat. ^{26|} Si autem de predictis oneribus subeundis vel fiendis questio inter aliquos de ^{27|} dictis villis et locis oriatur, possit et debeat de ipsis cognosci et termi^{28|}nari omni t(em)pore feriato et non feriato, sumarie et de plano, sine libello ^{29|} et strepitu et figura iudicii, prout brevius poterit expediti. Volumus *tamen*^e ^{30|} quod quando homines aliqui ipsarum villarum et locorum et castrorum mitentur seu ^{31|} ibunt pro comuni Plac(entie) ad aliquem exercitum vel andatam vel custodiam seu ^{32|} ad faciendum alias stratas, opera vel laboreria pro comuni Plac(entie) fiat ^{33|} solucio eis per dictas villas, castra seu loca predictis missis vel ||^{38r} euntibus pro eorum soldo, salario, mercede, remuneracione et labore et fiat divissio pecc(unie) ^{1|} solvende ipsis inter ipsos homines villarum et locorum seu castrorum pro medietate secundum ^{2|} capita et pro alia medietate secundum patrimonia seu avere, statuto ipsarum villarum vel ^{3|} locorum seu castrorum seu consuetudine aliqua non obstante. Que omnia observentur sive ^{4|} vadant vel mitantur homines ad predicta cum bobus vel aliis bestiis sive sine ipsis. ^{5|} Et omnes condempnaciones que fierent ex causis predictis eodem modo dividantur ^{6|} et solvantur ut supra. Et ad predicta teneantur vidue et pupilli pro patrimonio et ^{7|} avere, videlicet pro medietate predictorum tantum.⁸

^d da servet(ur) con obs- aggiunto nel soprallineo.

^e tamen aggiunto nel margine destro.

III. Ordinamus quod aliquis massarius vicinarum civitatis Plac(entie) non possit co(m)pelli⁹ nec detineri per potestatem nec per aliquem officialem communis Plac(entie) ad solvendum¹⁰ comuni Plac(entie) aliquod extimum seu dacitam vel taleam vel aliud consimile quod solvere¹¹ deberent vicini seu vicinie seu aliquis ipsorum. Eo salvo quod illi massarii possint com¹²pelli ad solvendum id quod receperint a vicinis suis.¹³

V. Nullus ex vicinis vel civibus Plac(entie) cogatur per comune Plac(entie) vel per aliquem officialem¹⁴ communis solvere pro altero aliquod debitum vel onus seu impositionem aliquam¹⁵ aliqua decausa.¹⁶

VI. Rubrica de emendacione equorum amissorum in proelio¹⁷
de emendatione equorum^f

Siquis amiserit equum servicio communis Plac(entie) in sturmo vel proelio, emendetur sibi equus¹⁸ per comune Plac(entie), prout probaverit legiptime dictum equum valuisse t(em)pore quo¹⁹ percusus fuit in sturmo vel proelio.²⁰

VII. Rubrica de pena bibulci sedentis per civitatem super caro²¹
de bibulcis sedentis super caro per civitates^g

Potestas vel iudex seu officialis ad hoc deputatus teneatur aufere a quolibet²² bibulco qui steterit vel sederit super caro vel birocio seu caretia in civitate vel²³ suburbis pro banno qualibet vice tres sol(dos) Plac(entinorum). Et teneatur precedere per²⁴ civitatem vel suburbia ipsum carum, birocium seu caretam sub dicta pena. Et hoc²⁵ preconizetur per civitatem singulis duobus mensibus, et hoc inquiretur saltim semel in²⁶ septimana per ipsum potestatem seu officialem ad hoc deputatum.²⁷

VIII. Rubrica de iudice stratarum et poncium et de ipsis stratis et pontibus et de hiis que pertinent ad officium ipsius iudicis²⁸
de iudicibus stratarum^{h||38v}

Elligatur per comune Plac(entie) unus iudex super stractis et pontibus civitatis et districtus¹ Plac(entie) cum salario et familia competenti, prout consilio generali communis Plac(entie) videbitur, cuius² officium duret per annum et habitet per se in domibus communis Plac(entie). Et teneatur in introytu³ sui regiminis vel officii iurare in presencia potestatis de suo officio legaliter⁴ exercendo et de observando statuta et provisiones communis Plac(entie) et maxime circa pontes⁵ et stratas editas et fiendas. Qui iudex, finito anno seu officio suo,⁶ teneatur stare per octo dies ad syndicatum cuius syndicatores elligantur⁷ in consilio generali et sint tres, quorum unus sit iudex, alias notarius et alias⁸ laycus boni viri.⁹

^f nel margine sinistro.

^g nel margine sinistro.

^h nel margine sinistro.

VIII. Iudex stractarum vel alius officialis ad hoc deputatus teneatur bis in mense ¹⁰| eundo per civitatem videre stratas civitatis et burgorum et rivos et ¹¹| clavigas et anditos et facere aptari et removeri i(m)pedimenta et eciam mondalias ¹²| rivorum infra terciam diem exportari et alia facere que in predictis fuerint facienda, ¹³| alioquin penam decem librarum qualibet vice qua non iverit bis per civitatem ¹⁴| qualibet mense dicta decausa incurat ipso facto.¹⁵

X. Quoniam inter cetera opera pietatum describuntur refectiones poncium et ¹⁶| viarum adeo quod eciam divine domus ad instrucionem ipsorum tenentur iuxta ¹⁷| legitimas sanciones, considerantes civitatem et districtum Plac(entie) ipsis ¹⁸| maxime indigere, quibus *nisiⁱ* aliter provideatur da(m)pna et pericula maxima personarum ¹⁹| et rerum posse incurere ipsam civitatem et districtum sicut docente expergencia ²⁰| novimus actenus incurisse bono publico consulentes, statuimus quod ²¹| reficiatur et fiat pons Trebie super strata Romea et fiat in pilis lapideis ²²| de bona calcina absque voltis, super quibus pilis fiat pons de lignamine ²³| sufficienter, vel saltim fiat dictus pons in sandonis. § Item fiat unus ²⁴| pons de lignamine super flumine Trebie iuxta Rivalgarium bonus ²⁵| et sufficiens. § Fiat eciam unus pons bonus et sufficiens de ligna²⁶|mine super flumine Nurie iuxta villam Sancti Georgii, per quos ²⁷| pontes et quemlibet eorum possitiri cum caris et bestiis et aliis ²⁸| rebus tute, ad quem pontem Trebie de strata Romea fiendum et ²⁹| reficiendum teneantur conferre et ipsum pontem facere seu fieri facere ³⁰| omnes ville, loca et castra, collegia et universitates et homines ³¹| singulares, cuiuscumque status vel condicionis existant, habentes terras et ³²| possessiones ultra Trebiam vel ultra Trebiam habitantes. Et ad ||^{39r} quem pontem Trebie iuxta Rivalgarium fiendum et reficiendum teneantur conferre et ipsum pontem facere seu fieri facere omnes ville, loca et castra, collegia et universitates ²| et homines singulares, cuiuscumque status vel condicionis existant, habentes terras et possessiones ³| intra Nuriam et Trebiam vel *intra^j* Nuriam et Trebiam habitantes. Et ad quem pontem ⁴| Nurie iuxta villam Sancti Georgii fiendum et reficiendum teneantur conferre et ipsum ⁵| pontem facere seu fieri facere omnes ville, loca, castra, collegia et universitates ⁶| et homines singulares, cuiuscumque status vel condicionis existant, habentes terras et possessiones ⁷| ultra Nuriam a strata Romea supra vel ultra Nuriam a strata Romea supra habitantes, ⁸| salvis villis et comunitatibus que contribuerunt ad faciendum pontes super strata Romea ⁹| existentes. Que ville et comunitates ad dicti pontis^k confeccionem et refectionem mini¹⁰|me teneantur, que contribucio sic fiat quia omnes ville et loca, de quibus supra ¹¹| fit mencio, teneantur conferre ad ipsos pontes iuxta imposicionem salis per commune Plac(entie) ¹²| eis factam. Alii vero omnes habentes possessiones et terras, de quibus facta est ¹³| mencio, teneantur ad ipsam contribucionem secundum vallorem terrarum et possessionum ¹⁴| quas habent infra terminos prelibatos. § Ad que predicta melius et utilius peragenda ¹⁵| hoc ordine procedatur, quia ad ipsos pontes fiendos et reficiendos sit unus bonus ¹⁶| officialis qui non sit de civitate Plac(entie) vel districtu, videlicet iudex vel offici¹⁷|alis stratarum et viarum.

ⁱ nisi aggiunto nel soprалineo.

^j intra aggiunto nel soprалineo in corrispondenza di intra depennato. Segue ultra nel soprалineo depennato.

^k -i- corr. su altra lettera, forse e.

Ad quem officialem coadiuvandum elligantur duodecim¹⁸ boni viri cives Plac(entie), videlicet quatuor ex illis qui habent facere ultra Trebiam¹⁹ ad pontem Trebie strate Romee fiendum et reficiendum et quatuor ex²⁰ illis qui habent facere intra Nuriam et Trebiam ad pontem super Trebia iuxta²¹ Rivalgarium fiendum et refficiendum et quatuor ex illis qui habent facere²² ultra Nuriam ad pontem Nurie iuxta Santum Georgium fiendum et reficiendum.¹ § Dictus²³ vero officialis cum dictis bonis viris mitat pro consulibus villarum predictarum quod²⁴ veniant coram eis cum duobus vel quatuor ex vicinis et pro aliquibus ex²⁵ civibus habentibus ibi possessiones prout eis videbitur expedire. Et iuramento²⁶ ipsorum teneantur inquirere et scribere quid vallet id quod quilibet ex ipsis²⁷ civibus vel aliis quibuscumque habet in ipsis villis. Et completa omni extima²⁸cione omnium qui tenentur ad predicta et eciam scripta omni somna i(m)positionis²⁹ salis villarum et castrorum omnium predictorum, dictus officialis cum dictis bonis³⁰ viris habeant consilium et examen magistrorum Placen(tie) super hoc peritorum et,³¹ levata ratione quid ascendere potest summa expensarum fiendarum cuiuslibet ipsorum³² poncium, fiat divissio contribucionis inter predictos pro medietate, vide³³ licet omnes ville prediecte solvant medietatem omnium expensarum predictarum.³⁴ Et omnes alii homines, collegia et singulares persone, cuiuscumque status³⁵ vel condicionis existant, aliam medietatem solvant. Ita videlicet quod³⁶ de dicta somna tota ipsorum poncium recuperetur ab inicio medietas ||^{39v} solunmodo que deponatur penes campsores Plac(entie) bonos viros, videlicet¹ pecunia unius pontis penes unum mercatorem campsorem, pecunia alte²rius pontis penes alium mercatorem campsorem, et pecunia alterius³ pontis penes alium mercatorem campsorem. Et ut omnis via mali⁴gnandi penitus auferatur, dicta peccunia non possit solvi per ipsum depositarium⁵ mercatorem, nisi de mandato dicti officialis et de consensu expresso⁶ ipsorum omnium quatuor virorum super quocumque ponte. Qui officialis et⁷ viri teneantur quilibet mense reddere rationem illis viris qui sunt⁸ ad videndum rationem camare et communis Plac(entie). Et quando medietas vel quasi⁹ dicte peccunie dictorum poncium fuerit expensa et distributa in ipsis, recuperetur ab¹⁰ ipsis villis et hominibus alia medietas secundum ordinem supradictum, hoc addicen¹¹do quod ubicumque dictus officialis cum dictis bonis viris invenerint lignamen¹² vel alias res ipsis pontibus vel alteri eorum necessarias teneantur domini¹³ lignaminis vel rerum ipsas eis vendere iusto precio persolvendo. Teneantur eciam¹⁴ habentes boves et caros ipsis officiali et viris bonis eos locare et concedere¹⁵ dicta decausa, solvendo pro mercede quod est iustum, ad que omnia predicti domini¹⁶ vel tenentes boves possint cogi. § Insuper volumus quod officialis stra¹⁷tarum et viarum teneatur et debeat facere aptari stratas principales intra¹⁸ Nuriam et Trebiam, videlicet stratam qua itur per portam Sancti Raymundi¹⁹ ad Rivalgarium, stratam qua itur per portam Sancti Antonini ad Poten²⁰cianum et pontem Albarolle et stratam per quam itur ad Sanctum Geor²¹gium, cogendo omnes ducentes aquas facere pontes ydoneos et²² sufficientes et munire ripas rivorum super ipsis stratis, ita quod ipse²³ strate non devastentur vel impedianter, et eciam facere aptari omnes ma²⁴los sapellos et garafossos et inglarari, quod fiat silicet de aptan²⁵dis sapelis et garafossis expensis illorum seu per illos qui utuntur ipsis²⁶ stratis a quatuordecim

¹ et reficiendu(m) aggiunto nel margine sinistro con segno di inserzione.

miliariis infra versus civitatem, cogat omnes ²⁷| habentes terras iuxta dictas stratas afossadare terras quas habent iuxta ²⁸| ipsas stratas faciendo fossatum ad minus per latitudinem trium bra²⁹|chiorum et prohyciendo terram que eximetur de ipsis fossatis versus ipsas eorum ³⁰| terras vel stratam, prout et ubi ipsi officiali pro meliori videbitur expe³¹|dire. Qui officialis possit cohercere et condempnare contrafaciens³²|tes pro qualibet vice in decem sol(dis) Plac(entinorum), quarum conde(m)pnacionum habeat ³³| ultra suum salarium quartam partem et relique tres partes ³⁴| operibus ipsorum poncum et stratarum, prout occasione ipsorum fient, convertantur ³⁵| et ad predicta omnes predicti nichilominus compellantur.||^{40r}

XI. Statutum est antiquum quod potestas teneatur infra mensem ab introytu sui ¹| regiminis dare operam summo studio sine fraude quod dominus et minister ²| domus seu ecclesie de Rocho teneat et tenere debeat duas bonas naves ³| in fluvio Trebie continue et homines sufficientes ad eas cum necesse ⁴| fuerit regendas. Ita quod euntes et reddeentes et bestie possint ipsum flu⁵|men transire sine periculo quounque *dictus pons super dicto flumine factus fuerit.*^m Ita ⁷| quod transeuntes et reddeentes possint ipsum flumen transire sine aliquo ⁸| periculo et sine expensis aliquorum, sed tantum expensis ilius domini et ministri ⁹| dicte domus. Et si quis alicui pro navi sua pro transitu aliquid acerperit ¹⁰| ab aliquo, solvat pro banno quinque sol(dos).¹¹

XII. Item statutum est antiquum quod potestas teneatur bona fide et sine fraude ¹²| operam dare quod introytus et redditus terrarum et possessionum pontis Tre¹³|vie de Plac(entia) et denariorum legatorum ipsius pontis expendantur et ponantur in la¹⁴|borerio ipsius pontis faciendo et refiicio ipso pontem annuatim, ¹⁵| ita quod exinde ire possint homines et persone super ipsum pontem cum equis ¹⁶| et sine equis et reddire, et elligere unum bonum hominem et legalem ¹⁷| atque ydoneum qui presit et preesse debeat laborerio predicto expendendo ¹⁸| ipsos denarios introytus et redditus et denarios et legatorum. Et hoc capitulum ¹⁹| teneatur potestas proponere et facere legi infra mensem regiminis sui in con²⁰|silio et secundum quod placuerit maiori parti consilii ita observare.²¹

XIII. Est statutum antiquum quod omnes strate civitatis solentur et solari ²²| debeant hoc modo, videlicet quod, si aliquis habens facere inter unam crucem ²³| vie et alteram petierit a potestate quod faciat precipi quod illi qui habent ²⁴| facere inter illas duas cruces coligant se simul in propinqua ecclesia, ²⁵| et si placuerit maiori parti, solletur illa strata ita quod quilibet solet ante ²⁶| donnum suam, et quod potestas teneatur facere fieri infra tres menses ²⁷| postquam maior pars fuerit in concordia de solando quod ipsa strata solletur.²⁸

^m d(i)ct(u)s - fu(er)it aggiunto nel soprallineo in corrispondenza di idem d(omi)n(u)s minister v(e)l eius successor ⁶| pontem v(e)l aliam p(re)paracionem fec(er)it sup(er) aqua(m) ip(s)ius fluminis depennato.

LXIII. Rubrica quod merzenarii compellantur completere terminum²⁴

Siquis vel siqua convenit stare ad mercedes cum aliquo vel aliqua in civitate²⁵| Plac(entie) vel districtu, co(m)pellatur stare usque ad terminum conventum et co(m)pletum²⁶| omnibus remediis iuris, nec aliquis alias ante ipsum terminum eum vel eam²⁷| teneat vel receptet absque voluntate eius cum quo vel qua stare tenebatur, in pena²⁸| .XXX. sol(dorum) Plac(entinorum) qua fuerit sibi denunciatum. Et de predictis cognoscatur sumarie,²⁹| sine libello et strepitu et figura iudicii, quocumque t(em)pore feriato et non feriato.||^{49r}

^{aaa} nel margine sinistro.

^{bbb} nel margine sinistro.

^{ccc} nel margine sinistro.

^{ddd} et sit - voluerit aggiunto nello spazio bianco al termine della rubrica.

LXV. Rubrica de ecclesia Sancte Marie de Bigulis restituenda¹
de ecclesia Sancte Marie de Bigulis^{eee}

Approbamus et confirmamus statutum antiquum infrascripti tenoris: «Item statuerunt et ordina²|verunt quod ecclesia Sancte Marie de Bigulis, que consueverat esse in platea communis et dirupta fuit,³ debeat restitu et hedificari expensis communis cum claustro et domibus ydoneis. Et quod restituatur,⁴ construatur et hedificetur et indemnitati ipsius ecclesie et clericorum provideatur, de qua fienda⁵ et modo ipsius teneatur et debeat potestas presens proponere in consilio suo infra duos menses⁶ ab introytu sui regiminis de modo et forma faciendi seu fieri faciendi ipsam ecclesiam.⁷

LXVI. Rubrica de platea communis sternenda⁸
de platea communis servanda^{fff}

Quiconque est vel fuerit potestas baratarie seu ribaldorum teneatur spazari et mondari facere⁹ singulis mensibus semel ad minus plateam communis Plac(entie) et inmondicias et rumentas ab¹⁰ ea facere exportari, in pena centum soldorum pro qualibet vice, et teneatur potestas predicta fieri¹¹ facere et execucioni mandari.¹²

LXVII. Rubrica de confinibus civitatis¹³
de confinibus civitatis^{ggg}

Infrascripta sunt confinia civitatis reperta in statutis antiquis communis Plac(entie) que approbamus¹⁴ et confirmamus et pro statuto haberi volumus et observari.¹⁵

Primo videlicet a domo seu ecclesia de Montali filiorum Raynerii versus Plac(entiam)¹⁶ a dicta domo usque ad ecclesiam de Mucinassio.¹⁷

Ab ecclesia de Mucinassio usque ad ecclesiam Sancti Bonici.¹⁸

Ab ecclesia Sancti Bonici usque ad monasterium de Pletolis.¹⁹

A monasterio de Pletolis usque ad monasterium domus de ponte.²⁰

A monasterio domus de ponte usque ad pontem Trebie.²¹

A ponte Trebie usque ad bucam Trebie que intrat in Padum.²²

A dicta buca Trebie circa Padum usque ad ecclesiam hospitalis Facii.²³

Ab ecclesia hospitalis Facii usque ad bucam Taliate veteris.²⁴

A buca Taliate veteris usque ad domum Sancti Savini que dicitur de Mosis eundo²⁵ per viam rectam que est secus dictam Taliatam.²⁶

A dicta domo de Mosis usque ad dictam ecclesiam de Montali.²⁷

^{eee} nel margine sinistro.

^{fff} nel margine sinistro.

^{ggg} nel margine sinistro.

LXVIII. Rubrica ville inhabitate non compellantur ad onus villarum²⁸
de villis inhabitatis^{hhh}

Alique ville vel loca seu comunia que non sunt vel non erant vel non fuerint habitate²⁹ non possint aliquo casu, modo vel iure per comune Plac(entie) seu per potestatem vel aliquos ||^{49v} alios officiales communis Plac(entie) condempnari. Et si aliqua condempnacio facta est vel ¹| deinceps fiet de ipsis locis vel villis vel communibus t(em)pore quo non erant vel non erunt habitate, dicta ²| condempnacio sit cassa et nulius momenti et non valeat ipso iure, nec possit exigi vel ³| execucioni mandari t(em)pore quo postmodum sunt vel fuerint habitate.⁴

LXVIII. Rubrica de non tenendo lignamen iuxta pontem Albarolle⁵
*de ponte Arbarolle*ⁱⁱⁱ

Nullus dimitat, postquam sibi fuerit denunciatum, trabes vel craviagasⁱⁱⁱ seu avedos ⁶| vel aliud lignamen de super pontem Albarolle per medium miliare in flumine vel gla⁷|rea Nurie, quia ex hoc dictus pons destruitur t(em)pore innundacionis dicti fluminis, percu⁸|cientibus et devastantibus columpnas dicti pontis, in pena .XL. sol(dorum) et amitendi ipsum ⁹| lignamen, et quilibet possit acussare et habeat medietatem dicte pene et lignaminis.¹⁰

LXX. Rubrica de salario magistrorum gramaticae¹¹
de salario magistrorum grammaticae^{kkk}

Magistri gramaticae non possint acipere pro eorum salario a scollaribus adiscentibus donatum ¹²| vel salterium ultra duodecim denarios a quolibet pro quolibet mense et ab aliis adiscentibus ¹³| gramaticam ultra sedecim denarios quolibet mense et pro mensibus quibus iacerint scola¹⁴|res in scolis non acipient ultra .XXXII. denarios pro quolibet mense, que soluciones fiant ipsis ¹⁵| magistris quibuslibet tribus mensibus secundum quod est consuetum.¹⁶

LXXI. Rubrica de solucionibus et salariis notariorum¹⁷
*de salariis notariorum*ⁱⁱⁱ

Statuimus quod soluciones notariorum officialium communis fiant et taxata sint modo ¹⁸| infrascripto.¹⁹

Primo quod de quolibet dicto et securitate alicuius singularis persone contra quem ²⁰| proceditur per acussam vel inquisitionem notarii habeant .X. denarios.²¹

Et pro quolibet termino .III. denarios.²²

Et pro qualibet posizione scripta in actis a qualibet parte .I. denarium.²³

^{hhh} nel margine sinistro.

ⁱⁱⁱ nel margine sinistro.

ⁱⁱⁱ non si esclude errore del copista. caveriasas invece di craviagas.

^{kkk} nel margine sinistro.

ⁱⁱⁱ nel margine sinistro.

Et pro qualibet contestacione scripta in actis a qualibet parte .II. denarios.²⁴

Salvo si in ipsa contestacione scribatur libellus habeant arbitrio iudicis.²⁵

Et pro qualibet scriptura et cancellatura cuiuslibet banni criminalis, si fuerit²⁶ de dampnis et guastis, .VI. denarios.²⁷

Et si fuerit de aliis maleficiis .XII. denarios.²⁸

Et pro qualibet carta testata seu publico instrumento facta in officio .XII. denarios.²⁹

Salvo quod de instrumentis solucionum et alienacionum que fient auctoritate iudicis ||^{50r} habeant arbitrio iudicis secundum negotii qualitatem.¹

Pro qualibet litera pignoracionis vel alterius cause cum grupo notarii .VIII. denarios.²

De qualibet sentencia diffinitiva lata de consilio alicuius iudicis³ sapientis de collegio iudicum Plac(entie), si fuerit de lite que sit infra⁴ quantitatem vel extimacionem centum sol(dorum), a qualibet parte .VIII. denarios.⁵

Si fuerit ultra dictam quantitatem et infra quantitatem decem librarum,⁶ a qualibet parte .XVIII. denarios.⁷

Si fuerit ultra quantitatem .X. librarum usque in .XXV. libras, a qualibet parte .III. sol(dos).⁸

Si fuerit ultra quantitatem .XXV. librarum usque in .L. libras, a qualibet parte .V. sol(dos).⁹

Si vero fuerit a .L. libris supra usque in centum libras, a qualibet parte .VII. sol(dos).¹⁰

Si vero fuerit a centum libris supra usque in .CC. libras, a qualibet parte .X. sol(dos).¹¹

Et a ducentis libris supra, quantacumque sit quantitas, a qualibet parte .XV. sol(dos).¹²

De sentenciis vero interlocutoriis latis de consilio alicuius sapientis iudicis asu(m)pti¹³ ad consulendum quesitum de lite existente infra quantitatem vel extimacionem centum¹⁴ sol(dorum) habeant notarii a qualibet parte .VI. denarios.¹⁵

Si vero fuerit a centum sol(dis) usque in .X. libras, a qualibet parte .VIII. denarios.¹⁶

Et si fuerit a .X. libris usque in .XXV. libras, a qualibet parte .XII. denarios.¹⁷

Et si fuerit a .XXV. libris supra usque in .L. libras, a qualibet parte .XVIII. denarios.¹⁸

Et si fuerit a .L. libris usque in centum libras, a qualibet parte .III. sol(dos) .VI. denarios.¹⁹

Et si fuerit a centum libris supra, quantacumque fuerit quantitas vel extimacio, .III. sol(dos).²⁰

LXXXII. Notarii camare habeant et habere posint et non ultra pro quolibet breve²¹ sequele quod datur villis .II. sol(dos).²² Et pro canzelatura cuiuslibet condempnacionis .VI. denarios.²³

LXXXIII. Notarius pignorum camare habeat pro quolibet pignore pro se et cureriis .V. denarios,²⁴ videlicet tres denarios pro ipso notario et duos denarios pro cur(rerio).²⁵

LXXXIII. Rubrica de solucionibus et salariis iudicum²⁶
de salariis iudicum^{mmm}

Approbamus et confirmamus infrascriptas provissiones et pro statuto communis Plac(entie) de cetero²⁷ volumus perpetuo haberi et observari, quarum tenor talis est:²⁸ «Item providerunt quod iudices pro remuneracione seu salario sententiarum seu consiliorum²⁹ suas seu que dant non possint acipere ultra quam consueverunt³⁰ acipere et habere pro salario ipsarum sentenciarum seu consiliorum per formam statutorum³¹ seu ordinamentorum vel factorum seu ordinatorum, tenorum quorum talis est:³² “In Christi nomine Amen. .MCCCXXX., indic(ione) tercia, die iovis .XVII. mensis aprilis. ||^{50v} Hec sunt capitula et statuta facta et ordinata super taxacione salariorum iudicum.¹ Primo statuerunt pro evidenti utilitate omnium personarum et eciam iudicum videli² cet quod de qualibet questione usque in centum sol(dos) Plac(entinorum) iudices qui elligentur ad³ dampnum consilium possint percipere de interlocutoria usque in duobus sol(dis) et sex⁴ denarios a qualibet parte et non ultra.⁵

De diffinitiva vero, negocii quantitate et qualitate et causa inspectis, a qualibet⁶ parte usque in .V. sol(dos) Plac(entinorum).⁷

Item a quinque libris supra usque in .X. libras Plac(entinorum), usque in .III. sol(dos) Plac(entinorum) de interlocutoria a⁸ qualibet parte et usque in .VII. sol(dos) Plac(entinorum) de difinitiva a qualibet parte.⁹

Item a .X. libris supra usque in .XX. libras Plac(entinorum), usque in .V. sol(dos) de interlocutoria et usque in¹⁰ .X. sol(dos) Plac(entinorum) de difinitiva a qualibet parte.¹¹

Item a .XX. libris Plac(entinorum) usque in .XXX. libras, usque in .VI. sol(dos) de interlocutoria et usque in¹² .XV. sol(dos) Plac(entinorum) a qualibet parte de difinitiva.¹³

Item a .XXX. libris usque in .XL. libras, usque in .VIII. sol(dos) de interlocutoria et usque in .XX. sol(dos)¹⁴ a qualibet parte de difinitiva.¹⁵

Item a .XL. libris usque in .L. libras, usque in .X. sol(dos) de interlocutoria et usque in .XXV. sol(dos)¹⁶ de difinitiva a qualibet parte.¹⁷

Item a .L. libris usque in .LX. libras, usque in .XII. sol(dos) de interlocutoria et usque in .XXVIII.¹⁸ sol(dos) de difinitiva a qualibet parte.¹⁹

Item a .LX. libris usque in .LXX. libras, usque in .XIII. sol(dos) de interlocutoria et usque in .XXXII.²⁰ sol(dos) de difinitiva a qualibet parte.²¹

Item a .LXX. libris usque in .LXXX. libras, usque in .XV. sol(dos) de interlocutoria et usque in²² .XXXV. sol(dos) de difinitiva a qualibet parte.²³

Item a .LXXX. libris usque in .LXXXX. libras, usque in .XVI. sol(dos) de interlocutoria et usque²⁴ in .XL. sol(dos) de difinitiva a qualibet parte.²⁵

Item a .LXXXX. libris usque in .C. libras, usque in .XVIII. sol(dos) de interlocutoria et usque in²⁶ .XLV. sol(dos) de difinitiva a qualibet parte.²⁷

Item a .C. libris usque in Mille libras Plac(entinorum), ultra dictas quantitates .XVIII. sol(dorum) Plac(entinorum)²⁸ de interlocutoria et non ultra et usque in .XLV. sol(dos) de difinitiva et sex denarios) de²⁹ interlocutoria pro qualibet decena et tres sol(dos) de difinitiva pro qualibet decena³⁰ a qualibet parte.³¹

^{mmm} nel margine sinistro.

Item a Mille libris supra, quantacumque sit quantitas, percipere possit iudex pro consilia³²tura tres libras Plac(entinorum) et non ultra de interlocutoria et duodecim libras de difinitiva³³ et non ultra a qualibet parte et casibus supradictis et singulis semper intelligantur³⁴ dicte tassaciones et salaria a qualibet parte”»||^{51r}

LXXV. Item quod omnes tassaciones predicte et salaria iudicum habeant locum et observentur in quolibet¹ foro civili vel criminali, clericali et ecclesiastico et in quolibet alio foro, nec ultra predictas quan²titates vel sonmas aliquod aliud donum vel exenium vel promisionem vel obligacionem³ acquirere nec aliquo modo machinari nec fraudem facere predictis. Et sic omnes iudi⁴ces observare teneantur iuramento sub pena in statutis comprehensis contra non obser⁵vantes. Tasacio vero expensarum et interrogacionum, correctiones solvantur arbitrio iudicis⁶ coram quo questio ventillatur. Hec omnia supradicta et singula et quodlibet predictorum capi⁷tulorum servare teneantur precisse sine aliquo sofistico intellectu et colore omnes et⁸ singuli iudices et advocati Plac(entie) in consiliariis, tam super diffinitivis quam interlocuto⁹riis sentenciis, in pena et sub pena dupli eius quod illicite accepissent, cuius pene¹⁰ dimidia aplicetur collegio et alia dimidia illi a quo illicite accepissent pro qualibet¹¹ vice qua contrafacerent seu venirent comitenda et exigenda. Et quilibet possit¹² avissare et denunciare. Et si accussam et denunciaciōnem probaverit, habeat dimidiam¹³ illius dupli quod compellatur restituere. Salvo quod, si propter multitudinem testium infrascriptorum¹⁴ actorum seu scripturarum videretur iudici de medio coram quo esset causa ventillata¹⁵ quod maius salarium esset statuendum, quod dictum sallarium possit augmentari ultra¹⁶ dictas sonmas secundum quod sibi videbitur expedire.¹⁷

LXXVI. Rubrica de sapientibus asumptis ad consulendum super questionibus¹⁸
*de sapientibus consulendis*ⁿⁿⁿ

In aliqua causa vel questione civili vel criminali non possit per eum coram quo questio¹⁹ vel causa ventillatur assumi ad consulendum super diffinitiva vel interlocutoria nisi unus²⁰ de collegio iudicum Plac(entie) tantum sapiens, nisi ambe partes de maiori numero²¹ consentirent. Qui sapientes et quilibet eorum assumti ad consullendum, ut predicitor,²² habeant pro quilibet pro eorum salario iuxta taxaciones salariorum iudicum et sapientum²³ de quibus fit mencio in statutis communis Plac(entie) et statutis collegii iudicum Plac(entie).²⁴ Si vero aliquis sapiens unus vel plures assumti dicerent se dubitare²⁵ super questione vel causa in qua est asumptus et requereret sibi ad hoc alium²⁶ sapientem associari, tunc suis sumptibus sibi sapiens adiungatur et non sump²⁷tibus alicuius ex litigantibus. Et si alter ex litigantibus hoc requereret et²⁸ tunc sapiens consentiret sibi alium associari, tunc assumatur sapiens predictus²⁹ expensis partis illius tantum qui hoc requirit. Et si ambe partes dictam associacionem³⁰ requererent, assumatur ipse sapiens eo casu expensis utriusque partis, hoc inte³¹llecto quod ubicunque in qualibet causa assumendum fuerit sapiens ad consulendum,³² sive super diffinitiva sive super

ⁿⁿⁿ nel margine sinistro.

interlocutoria, assumatur sapiens de collegio ³³| iudicum Plac(entie), receptis prius confidentibus ab utraque parte, si dare voluerint ³⁴| confidentes. Vel si in casu quo assumendus erit ipse sapiens pars citata ^{51v} ad dandum ipsos confidentes infra statutum terminum non venerit, possit tunc ¹| assumi ipse sapiens receptis confidentibus a parte presente et contra predicta assump²cio sapientis predicti facta et consilium ipsius et quicquid sequetur ex ipsis non valleant ipso iure. ³| *Hoc videlicet intelecto et eciam observando quod sapiens asumptus ad consulendum in aliqua causa vel questione voluerit vel ⁴| petierit sibi alium sapientem associari seu si aliqua partium ipsi sapienti asumpto voluerit et petierit suis expensis^{ooo} ⁵| alium sapientem asociari, illud fiat et fieri possit per octo dies utiles ante finem instancie cause, si ⁴⁰| fuerit causa de maioribus. Et si fuerit causa de minoribus, ante finem instancie cause per quinque dies utiles ⁴¹| et non ultra fieri possint, nec debeant dicte asumptiones sapientum nec aliqua earum in dictis ⁴²| casibus nec aliquo eorum et quod alicui sapienti asumpto super aliquo gravamine vel petitione consilii ⁴³| sapientis non possit asociari aliquis alius sapiens.*^{ppp⁴⁴}

LXXVII. Rubrica de civibus impetrantibus mandamenta nundinarum⁶
 Cum multi cives et districtuales Plac(entie) dolose contra suos convicinos et ⁷| districtuales impetraverint et cotidie impetrare et habere procul literas ⁸| nundinarum campanie et brie quas appellant mandamenta, que per nuncios cu⁹stodium nundinarum predictarum presentantur et deferuntur potestati et officialibus ¹⁰| et comuni Plac(entie), propter quas literas et mandamenta nundinarum multociens con¹¹ceditur defenssa seu prohybicio ipsarum nundinarum mercatoribus et hominibus civitatis Plac(entie) ¹²| et districtus et contra ipsos in non modicum obprobrium et lexionem honoris et ¹³| iurisdictionis communis Plac(entie) ac ipsorum mercatorum et civium Plac(entie) maximum detrimentum ¹⁴| pro eo quod ipsi insontes sepius reddimere coguntur innocenciam suam et vexacionem ¹⁵| quam premissi faciunt impetrantes, et eciam alii pro aliis conveniuntur, quod est contra ¹⁶| ius naturalle, huic verbo cotidie subcrescenti celleri remedio occurere cupi¹⁷entes, provide statuimus quod si quis civis vel districtualis Plac(entie) contra civem ¹⁸| vel districtualem Plac(entie) dicta mandamenta ad civitatem vel districtum Plac(entie) miserit ¹⁹| vel miti fecerit vel aliquam defenssam seu nundinarum prohybicionem a magistris ²⁰| nundinarum predictarum vel a quibuscumque aliis per se vel per alium impetraverit vel fieri ²¹| fecerit, hoc ipso intelligatur et sit condempnatus qualibet vice in ducentis libris ²²| Plac(entinorum), cuius pene medietas parti adverse et altera comuni Plac(entie) aplicetur. Et ²³| nichilominus mandamenta et defensas seu prohybiciones vel quovis nomine ²⁴| censeantur afferre et removere et afferri et removeri facere teneatur. ²⁵| Alioquin, sit et intelligatur hoc ipso bannitus et rebellis communis Plac(entie) perpetuo ²⁶| et bona sua omnia comuni Plac(entie) sint publicata. Quas penas incurant omnes ²⁷| qui de debitis vel nominibus eorum aliis, qui non sint cives vel districtuales Plac(entie), ²⁸| contra ipsos cives vel districtuales Plac(entie) fecerint quoquomodo vel titulo ²⁹| cessionem, si ipsi quibus facta fuerit cessio ipsa miserint vel miti fecerint, ³⁰| ut

^{ooo} hoc v(idelicet) - expensis aggiunto nello spazio bianco al termine della rubrica.

^{ppp} aliu(m) sapiente(m) - sapiens aggiunto nel margine inferiore con segno di inserzione.

premititur, mandamenta vel eciā ipsas defensas vel prohbiciones du³¹|xerint impetrandas, sane ut predicti, si sunt veri creditores, ius suum ³²| cicius consequantur, volumus quod si civis vel districtualis Plac(entie) vult con³³|quiri de aliquo cive vel districtuali Plac(entie) coram potestate vel iudicibus ³⁴| eius vel officiali vel iudice co(m)petenti communis Plac(entie) occasione alicuius contractus ³⁵| initi in dictis nundinis, cognoscatur de ipsis contractibus, questionibus ³⁶| et litibus et terminentur summarie, sine libello et absque strepitu et figu³⁷|ra iudicii, statuto aliquo non obstante, volentes quod literis nundinarum ³⁸| ca(m)panie et brie credatur tanquam publicis instrumentis.|^{52r}

LXXVIII. Rubrica de securitate unica a villis prestanda¹
de securitate prestanda a villis^{qqq}

Nullus locus, castrum vel villa cogatur occasione communis Plac(entie) per aliquem officialem ipsius communis Plac(entie) ²| prestare securitatem ipsi comuni vel officialibus eius, nisi unam tantum generalem semel in anno, ³| videlicet de mense ianuarii, que duret per annum, quam prestare teneantur apud officialem ⁴| et acta camare communis Plac(entie) et que securitas extendatur ad omnes officiales et conde(m)pna⁵|ciones que fient de ipsis villis per comune Plac(entie) perinde ac si apud eos esset prestita, et ad ⁶| ultra predicta non posint cogi dicte ville vel loca, et condempnaciones ob hoc facte vel fiende ⁷| per ipsis officiales et omnes processus contra predicta facti sint cassi et irriti et nullius momenti, *et* ⁸| *quod iudex mallefiorum, iudex stractarum, victualium et quilibet allius officialis communis Plac(entie) non posint nec debeant* ⁹| *compelere aut molestare aliquam villam, locum seu castrum aut consulles ipsarum ad prestandum aliquam aliam* ¹⁰| *securitatem nec sacramentum, et suficiat dicta unica securitas prestita ad cameram ut supra. Et hoc in* ¹¹| *pena et sub pena cuilibet iudici et officiali* ¹²| *et notario contrafacentibus librarium vigintiquinque* ¹³| *Plac(entinorum), quam penam incurant ipso facto et id hoc debeant sindicari nec aliqualiter possint absolviri.*^{rr14}

LXXVIII. Rubrica non acipient beroarii potestatis aliquid pro exequendo¹¹
Nullus soldatus seu beroarius potestatis Plac(entie) seu alicuius alterius officialis communis Plac(entie) ¹⁵| possit vel debeat aliquid petere vel habere seu acipere in civitate Plac(entie) vel suburbis pro ¹⁶| aliquo pignoramento seu aliquid exequendo, in pena sexaginta sol(dorum) Plac(entinorum), et quod per potestatem ¹⁷| et quemlibet officialem communis co(m)pellatur quilibet soldatus ad predicta fienda, in pena potestati ¹⁸| et officiali cuius essent dicti soldati .XXV. librarium Plac(entinorum) qualibet vice, et nichilominus ¹⁹| faciant restitui totum id quod dicti soldati aceperint.²⁰

LXXX. Nemo ponat linum ad macerandum infra fossata civitatis Plac(entie) nec in ipsis fossatis, ²¹| in pena .XX. sol(dorum) Plac(entinorum) pro qualibet vice.²²

^{qqq} nel margine sinistro.

^{rr} et ⁸| q(uod) - absolviri aggiunto nello spazio bianco al termine della rubrica.

LXXXI. Antiquum statutum et diuicius observatum est quod omnes iudices de collegio iudicum²³ Plac(entie) quolibet anno a comuni Plac(entie) habeant decem sol(dos) Plac(entinorum) pro quolibet ipsorum iudicium, que²⁴ solucio fit et fieri consuevit in sale pro comuni, quod approbamus et volumus, statuentes²⁵ quod potestas teneatur predicta facere inviolabiliter observari.²⁶

LXXXII. Rubrica de nobilibus²⁷

de nobilibus^{sss}

Quia per quosdam qui a triginta annis citra procuraverint se pro nobilibus reputari²⁸ et haberi in non modicum lesionem villarum et locorum episcopatus Plac(entie) cum quibus onera subire²⁹ consueverunt, volentes quod indebet actum est ad statum debitum et pristinum revocare,³⁰ provide statuimus quod omnes qui quoquomodo facti sunt seu fieri impetraverunt se³¹ nobiles vel pro nobilibus se scribi fecerunt in libris communis Plac(entie) vel alibi a .xxx. annis³² citra, decetero pro nobilibus in aliquo minime habeantur sed teneantur subire omnia³³ onera realia et personalia et mixta communis Plac(entie) cum villis et locis cum quibus ante³⁴ ipsas nobilitates seu privilegium vel impetraciones nobilitatum ipsi seu adscenden³⁵tes eorum faciebant et substinebant ipsa onera, non obstantibus aliquibus ||^{52v} privilegiis, reformacionibus, statutis vel consuetudinibus quibuscumque.¹

LXXXIII. Rubrica ubicumque fit mencio siquis vel quilibet intelligatur masculinum et femeninum²

Ubiconque in statutis communis Plac(entie) continetur vel dicitur: «Siquis vel quilibet vel quiconque» vel simile verbum,³ declaramus tam masculinum quam femeninum per ipsa verba et quodlibet eorum inteligi et co(m)plehen⁴di sive tractetur de odio vel favore, nisi in ipsis statutis expresse aliter exprimatur.⁵

LXXXIV. Statutum domorum factum de novo⁶

Ad publicum aspectum reformatum et reformatum conservandum et ad sedanda⁷ scandala et hodia que ex destrucionibus seu devastationibus domorum hactenus in civitate⁸ Placen(tie) provenerunt, pro evidenti utilitate communis Placen(tie) statuimus et ordinamus quod decetero⁹ nulla persona, cuiuscumque condicionis existat, audeat vel presumat destruere vel devastare¹⁰ seu destrui vel devastari facere aliquam domum in civitate Placen(tie) vel burgis vel¹¹ subburgis ac eciam in districtu, occasione alicuius parcialitatis vel alicuius mallefici¹² seu mallexardie, nec eciam occasione alicuius mallefici publici vel privati vel causa¹³ vendendi vel allienandi cuppos, lapides, lignamina vel alia quacumque ratione, causa vel¹⁴ modo qui dici vel excogitari posset ut domus derupta et destructa debeat¹⁵ remanere. Sed tales domus que alias ex malleficio vel delicto, parcialitate vel¹⁶ mallexardia vel delicto publico devastari deberent illese

^{sss} nel margine sinistro.

deveniant in comune¹⁷ Placen(tie) usibus et comodis ipsius communis pro future quando alias debuissent tales domus¹⁸ devastari vel destrui de facto vel de iure, et si quis contrafecerit in aliquo¹⁹ predictorum incurat ipso iure sine facto penam mille librarum Plac(entinorum) que deveniant in comune²⁰ Placen(tie). Et nichilominus ad emendandum dampnum teneantur dampnum passo et²¹ hoc statutum perpetuo sit firmum et precisse debeat observari et non possit tolli, cassari²² vel admoveri seu arogari vel ipsi aliqualiter derogari. Et quod nulla persona audeat²³ vel presumat allegare seu arengare vel aliquibus aliqualiter suadere contra predicta²⁴ vel aliquid predictorum, in pena et sub pena predicta, nisi procederet de speciali mandato et²⁵ licencia dominorum nostrorum.||^{53r}

In libro provisionum factarum t(em)pore regiminis nobillis et potentis millitis domini Caroly de Cholato comitis¹ Trivisii honorabilis potestatis civitatis et districtus Placen(tie) pro magnifico et excelso domino nostro domino² Galeaz Vicecomite, civitatis Mediolani, Placen(tie) et cetera imperiali vicario generali, existente eius³ vicario sapiente et discreto viro domino Bartolameo de Pomario iurisperito, infrascripte provixiones reperiuntur.⁴ Anno ab incarnatione .MCCCLXIII., indicione secunda, die infrascripto.⁵

Die .XV. iulii.⁶

Congregatis et convocatis in capella nova communis Placen(tie) sapiente et discreto viro⁷ domino Bartolameo de Ponzano, vicario nobillis et potentis millitis domini Caroly de Cholato⁸ comitis Trivisii potestatis Placen(tie) pro magnifico domino nostro domino Galeaz et cetera, domino Comino⁹ Capono reffendario magnifici domini nostri suprascripti cum infrascriptis anzianis et sapientibus ne¹⁰ gociis communis Placen(tie) presidentibus et infrascriptis sapientibus requisitis et admititis pro infrascripto negocio¹¹ speciali pro agendo et mandato ipsius domini potestatis sono campanarum more solito.¹²

§ Nomina quorum anzianorum sapientum sunt hec:

domini § Raynaldus Rogna,
§ Rolandus Piculus,
§ Gulliermus Dianus,
§ Bertolotus de Ancharano,
§ Gabriel Branchaleo,
§ Obertus Budelarius,
§ Mateus de Rizolo et
§ Bosso Bossonorum

Nomina requixitorum et adiunctorum sunt hec:¹³

§ dominus Gulliermus Vicedominus iudex,¹⁴
§ dominus Ricardus de Capelis iudex,¹⁵
§ dominus Lanfranchus de Fontana iudex,¹⁶
§ dominus Tomaxius de Anguxola,¹⁷
§ dominus Conradus Lecacorvus,¹⁸
§ dominus Galeaz de Surdis iudex¹⁹
§ Omnes in concordia et nemine discri-
pante²⁰ viniunt et concorditer pro bono et
evidenti utilitate²¹ communis et hominum
civitatis et episcopatus Plac(entie) provide-
runt,²² statuerunt, reformaverunt et ordi-
naverunt prout infra.²³

§ In primis quod si aliquis vilerius habitaverit vel steterit seu habitat vel moratur in aliqua²⁴ villa, loco vel castro episcopatus Placen(tie), qui non sit descriptus in descriptione

domini Comini²⁵] Caponi, nec in descripcione Paxolli de Marliano coreta per dominum Robertum de Florenzula,²⁶] teneatur ipse vilerius sic non discretus in aliqua dictarum descripcionum solvere et subire²⁷] omnia onera imposta et inponenda secundum inposicionem salis cum illa villa, castro seu²⁸] loco in quo stabat, moratur et abitabat in Kalendis agusti proximi preteriti.²⁹

§ Item quod si aliquis vilerius habitans in aliqua *villa*,³⁰] castro vel loco episcopatus Plac(entie) descriptus³¹] fuerit in descripcione Paxoli de Marliano suprascripti coreta per suprascriptum dominum Robertum et³¹] non fuerit descriptus in descriptione suprascripti domini Comini Caponi, quod ille sic discretus in dicta ||^{33v}] descripcione Paxolii et non in descripcione Comini Caponi suprascripti teneatur et debeat subire, *solvere et sustinere*^{33v}
¹] omnia onera imposta et inponenda secundum et ad inposicionem salis cum illa villa, castro²] seu loco cum quo descriptus fuerit in descripcione dicti Paxolii de Marliano coreta ut supra.³] Item quod si aliquis descriptus fuerit in descripcione domini Cominii Caponi et non in de⁴]scripcione dicti Paxolii, teneatur ille sic descriptus solvere et subire omnia onera i(m)posita⁵] ut supra cum illa villa, castro vel loco ubi descriptus fuerit *in*^{vvv}] descripcione dicti domini⁶] Cominii.⁷

Item quod si aliquis repertus fuerit descriptus et in utraque descripcione predictarum, tunc et ille talis⁸] sic descriptus in ambabus descripcionibus teneatur et debeat omnia onera imposta et in⁹]ponenda solvere per hunc modum, videlicet si reperietur habitare in illa villa, castro vel¹⁰] loco ubi descriptus fuerit in descripcione dicti Paxolii, teneatur subire, solvere et sub¹¹]stinere omnia onera i(m)posita et inponenda ut supra cum dicta villa, castro vel loco ubi¹²] descriptus est in dicta prima descripcione dicti Paxolii, diminuendo et *detrahendo*^{www}] medium stopelli salis¹³] illi villa, castro^{xxx}] ubi non habitat et est descriptus in dicta descripcione¹⁴] dicti domini Cominii, et addendo ipsum medium stopelli dicte ville, castro vel loco ubi¹⁵] habitat. Et si repertus fuerit habitare in villa, castro seu loco ubi descriptus¹⁶] reperitur in descripcione dicti domini Comini, tunc teneatur et debeat solvere, sustinere¹⁷] et subire omnia onera cum illa villa, castro seu loco ubi descriptus fuerit in descripcione dicti¹⁸] domini Cominii, diminuendo et detrahendo medium stopelli salis alteri villa seu loco vel¹⁹] castro ubi reperitur descriptus in dicta descripcione dicti Paxolii et addendo²⁰] illi villa, loco et castro ubi habitat et reperitur descriptus in descripcione domini²¹] Cominii. Si autem ille tallis qui sic esset descriptus in utraque descripcione predictarum²²] duarum villarum, locorum seu castrorum non habitaret in aliqua ex illis duabus villis,²³] lociis seu castris in quibus fuisset descriptus, tunc teneatur solvere et subire omnia²⁴] onera quecumque imposta et inponenda ut supra secundum inposicionem suprascriptam cum illa²⁵] villa, loco seu castro dictarum ambarum villarum, locorum et castrorum ubi habitabat in²⁶] Kalendis agusti proximi preteriti. Item si non habitaret in dictis Kalendis in aliqua²⁷] ex dictis duabus villis, lociis seu castris in quibus reperiretur descriptus, tunc tene²⁸]atur et debeat solvere, subire et substinere omnia onera imposta et inponenda²⁹] ad inposicionem salis

³⁰] villa aggiunto nel sopralineo.

^{33v}] solvere et sustinere aggiunto nel margine destro con segno di inserzione.

^{www}] in aggiunto nel sopralineo.

^{xxx}] et detrahendo aggiunto nel sopralineo.

^{xxx}] segue v(e)l burgo, loco depennato.

ut supra cum illa villa, loco seu castro ubi est descriptus in de³⁰|scripcione Paxolii, addendo semper et diminuendo ac detrahendo ut supra per ³¹| modum predictum. ³²| Item quod dicta diminucio et detracio et ac adicio fiat et fieri possit et debeat ³³| per ius gabelle salis et coram eo et scribatur in libro inposicionum salis qui erat ||^{34r} penes dictos gabellatores et fiat et fieri possit diminucio et detracio et addicio solummodo ¹| per t(em)pus penes gabellatores gabelle salis et non ultra. ²| Item quod predictis villis, castris et lociis non sint abstricti nec solvere nec subire aliqua ³| onera teneantur nec debeat ab illis villis, locis et castris sint et esse intelligentur ⁴| exempti et absoluti omnes et singuli de progenie nobilium et civium civitatis Plac(entie) ⁵| et omnes et singuli descripti in talea civitatis Plac(entie) et qui solvebant et solverunt ⁶| in civitate Plac(entie) dictas taleas et omnes descripciones in libro talearum nobilium, que ⁷| omnes tales solvere et omnia onera subire teneantur et debeat in civitate et cum ⁸| civitate Plac(entie). ⁹| Item quod omnes Pergomaschi et omnes habentes inmunitates per formam et secundum formam statutorum ¹⁰| communis Plac(entie) seu a magnifico domino non sint etiam abstricti nec solvere teneantur ¹¹| salem nec allia onera^{yyy} subire cum dictis locis, vilis et castris. ¹²| Item quod si aliquis ex predictis hominibus mutavit a dictis Kalendis mensis agusti citra vel ¹³| decetero mutabit abitacionem in allia villa, loco et castro, pro ipsa talee mutatione teneatur ¹⁴| et debeat subire et solvere onera personalia que nunc imponiuntur secundum impositionem salis cum illa ¹⁵| villa, castro et loco ubi inventus sit ad habitandum. ¹⁶| Predictas provixiones et reformaciones fecerunt et valere et tenere et inviolabilliter observari ¹⁷| voluerunt, non obstantibus statutis vel alliis provixionibus, reformacionibus hactenus factis in contrarium ¹⁸| facientibus quibus omnibus et singulis derogatis et eas pro casis et iritis devoluerunt ¹⁹| et reformaverunt.²⁰

(SN) Ego Bartolomeus Ruminagia notarius suprascriptas provixiones ex dicto libro extrasi, ²¹| exemplavi et ita subscrispi.²²

(SN) Ego Iohannes Datarus de Raynaldo notarius suprascriptas^{zzz} scripturas ²³| vidi et legi in quibus continebatur ut supra, manu propria scripsi, subscrispi et fideliter exemplavi.²⁴

(SN) Ego Bartolomeus Ricardus notarius suprascriptas provixiones et scripturas vidi et legi ²⁵| in quibus sic continebatur ut supra et manu propria fideliter exemplavi et subscrispi.||^{34r}

^{yyy} segue onera iterato.

^{zzz} segue p(ro)vix(iones) depennato.

[Liber quintus]

*Incipit liber quintus*¹

Incipit liber quintus²

I. Rubrica condempnaciones et absoluciones fiant in publica concione³

Quoniam nocentum delicta publice expedite esse nota, statuimus quod omnes conde(m)p⁴naciones et absoluciones criminales, que fient per potestatem vel eius iudices seu per alium⁵ officialem communis Plac(entie), fiant de die et in publica concione.⁶

II. Rubrica de malefactoribus capiendis⁷

Quia quilibet rector purgare debet provinciam malis hominibus, potestas summo opere⁸ teneatur procurare cum effectu quod omnes malefactores in civitate et districtu Plac(entie)⁹ capiantur et capti penis congruis puniantur.¹⁰

III. Rubrica de pena coru(m)pencium officiales et officialium corruptorum¹¹

Quicumque per se vel per interpositam personam potestatem vel eius iudices et familiam seu¹² aliquem officialem communis Plac(entie) ausus fuerit coru(m)pere quoquo modo puniatur corup¹³tor in amissione rei quam dedit pro corruptione, et nichilominus solvat comuni duplum¹⁴ quantitatis rei vel extimacionis. Coruptus autem solvat comuni pro pena ipsam rem vel¹⁵ extimacionem et ultra ad triplum ipsius rei vel extimacionis, et nichilominus¹⁶ predicti corruptores et corrupti puniantur ultra predicta pena pecunaria, in¹⁷ spectra personarum et negotii qualitate arbitrio potestatis. Quam corruptoris¹⁸ penam incidat quicumque ipsius corruptoris fuerit mediator et quilibet possit¹⁹ esse accusator et denunciator dicti criminis et habeat dimidiam dicte condemp²⁰nacionis, et nomen ipsius accusatoris et denunciatoris secretum teneatur.²¹

IV. Rubrica de pena incendiariorum²²

de igne^a

Siquis dolose inmiserit ignem in domum vel casinam vel torcular²³ seu fenum vel bladum vel lignarium vel paliarum alicuius, dester oculus²⁴ ei eruatur et manus destra abscidatur, nisi infra quindecim dies post conde(m)p²⁵nacionem dicti criminis solverit comuni Plac(entie) ducentas libras Plac(entinorum). Et nichilo²⁶minus da(m)pna emendet lesu antequam de carceribus communis Plac(entie) relaxetur.²⁷ Et hoc habeat locum si incendium pasus da(m)pnificatus fuerit ex hoc infra quantitatem .XXV.²⁸ librarum Plac(entinorum). Si ab inde supra, faciens dictum incendium igne comburatur ita quod moriatur.²⁹

^a nel margine sinistro.

V. Rubrica de termino moto^b^{54v}

Contraquestiones ipsis capitulis et quod habeat notarium pro sua parte ad examinandum testes quos producere vult super ipsis capitulis et²⁸ condemnatus sit elapso dicto termino et mense ipso iure et facto ille qui accusaverit in sol(dis) tribus Plac(entinorum) pro qualibet²⁹ accusa non probata applicandis parti accusate, et nichilominus in expensis legi optimis, pro quibus expensis et pena teneatur³⁰ ipsum accusantem compelere iuris remedii usque non ipsas expensas et condempnaciones solverit accusato. Ad que³¹ observandum iudex maleficiarum teneatur ad postulacionem cuiuslibet cuius intererit procedere sub pena librarium .XX.^{b32}

Siquis dolose terminum amoverit alicuius eo inscio vel invicto, manus ei¹ abscidatur, nisi solverit comuni Plac(entie) quinquaginta libras Plac(entinorum) infra quindecim dies² post condempnacionem dicti criminis, et nichilominus teneatur emendare da(m)pnum³ passo antequam de carceribus communis relaxetur.⁴

VI. Rubrica de pena maledicencium Deo⁵

de pena maledicentium Deo^c

Siquis maledixerit Deo vel beate Virginis Marie vel alicui sancto condempnetur⁶ in centum sol(dis) et plus usque in vigintquinque libras Plac(entinorum) arbitrio potestatis,⁷ inspecta qualitate facti et personarum. Quam condempnacionem si solvere non poterit,⁸ ponatur ad berlinam et ibi stet per medium diem. Et nichilominus per civitatem grossis virgis fortiter fustigetur.¹⁰

VII. Rubrica qualiter ville vel loca respondeant acusis vel denunciacionibus¹¹

de villis et denuntiationibus^d

Si aliqua acusa vel denunciacio facta fuerit de aliquo comuni vel universitate¹² alicuius ville vel loci episcopatus seu districtus Plac(entie), consules cum duobus vel¹³ tribus vicinis de dicta villa seu loco venire debeant tantum ad respondendum¹⁴ acuse seu denunciacioni facte de eis, et una securitas sola recipiatur pro¹⁵ omnibus illis, de qua securitate et dicto ipsorum solvatur notario duodecim denarios¹⁶ et non ultra per ipsum consulem et vicinos. Et quilibet acusator teneatur¹⁷ solvere expensas curerii qui fecerit citacionem de predictis. Illud idem¹⁸ observetur per potestates et notarios valium et aliorum locorum episcopatus Plac(entie),¹⁹ in pena iudici et potestatibus, si contra predicta fieri permiserint, decem librarium²⁰ pro qualibet et notario sexaginta sol(dorum) pro qualibet vice qua contra fece²¹ rit. Et quantum ad solvendum expensas curerii qui citaverit acusatum²² idem observetur, videlicet quod quilibet acusans ipsas expensas solvere teneatur.²³

^b c(on)traq(ue)stiones - XX. aggiunto nel margine inferiore senza segno di inserzione.

^c nel margine sinistro.

^d nel margine sinistro.

VIII. Rubrica de dampnis et guastis²⁴

de dampno et guasto^e

Si dampnum vel guastum datum vel factum fuerit alicui oculte²⁵ in aliquibus seu de aliquibus bladis, leguminibus, lignis, arboribus,²⁶ plantonis, pratis, feno, vineis vel uvis vel aliis seu de aliis ||^{55r} fructibus existentibus in ca(m)pis, sive sint pendentes sive non, in aliqua villa¹ vel eius territorio districtus Plac(entie), teneatur ad emendacionem ipsius dampni vel² guasti dampnum passo villa in qua vel in cuius territorio hoc fuerit perpetratum,³ si fuerit habitata t(em)pore dicti da(m)pni vel guasti. Alioquin, teneantur ad hoc⁴ tres ville circonstantes proximiores loco dicti da(m)pni et guasti. Et si non⁵ constaret cuius ville esset dictum territorium, circonstantes ville confinantes⁶ loco ubi fuerit dampnum vel guastum datum vel factum teneantur emendare⁷ dictum dampnum vel guastum. Salvo quod in da(m)pno dato incendio in dictis⁸ rebus vel eciā in domibus, casinis, torculari seu rebus existentibus in eis⁹ oculte seu de nocte, volumus quod ville et plebatus, in quo fuerit villa seu¹⁰ locus ubi factum fuerit dictum incendium, teneantur emendare da(m)pnum passo¹¹ dictum dampnum. Et si dictus locus non fuerit de plebato emendetur dictum¹² dampnum per villas circonstantes confinantes territorio ville in quo vel¹³ qua dictum incendium fuerit inmissum. Que emendacio contribuatur¹⁴ et fiat per ipsas villas secundum impositionem salis per comune Plac(entie) eis factam.¹⁵ Ad quam contribucionem dampnorum ex incendio teneantur nobiles¹⁶ iuxta impositionem salis eis factam habitantes in ipsis villis que contribuere¹⁷ tenentur ad ipsum dampnum emendandum.¹⁸

VIII. Reppelatur ab acusacione dampni et guasti facti preter quam ex incendio¹⁹ qui non accussaverit infra quatuor menses numerandos a t(em)pore da(m)pni²⁰ seu guasti facti.²¹

X. Item statutum est quod quilibet possit de dampnis datis et robariis²² factis et aliis a quoco(m)que t(em)pore citra acusare et prosequi et hoc locum²³ habeat contra illas personas que fecerint dictum dampnum seu dictas robari²⁴as tantum et non contra comunia villarum seu universitatum, non obstan²⁵te quod sit ellapsus terminus contentus in statuto communis infra quod²⁶ deberet vel debuisse fieri dicta acussacio, denunciacio, lamentacio²⁷ seu querimonia de hoc, ita quod statutum communis Plac(entie) non obstet.²⁸

XI. Si bestie alicuius qui non sit de civitate vel episcopatu Plac(entie) dicantur²⁹ fecisse dampnum alicui in aliquibus rebus, teneantur consules et³⁰ homines ville vel loci ubi seu in cuius territorio reperte fuerint dicte³¹ bestie, ad requisicionem eius qui dicit se dampnum passum vel³² sui nuncii vel masarii, capere et penes se retinere impune tot³³ ex dictis bestiis quod ex eis possit consuli et satisfieri da(m)pnum passo. ||^{55v} Alioquin, dicti consules, comune et homines teneantur emendare dictum dampnum,¹ quibus consulibus et hominibus teneantur ad predicta fienda homines et ville circonstantes,² si

^e nel margine sinistro.

ab eis fuerint requisiti in pena predicta, dare auxilium cum effectu. Sed predicta^{3]} locum non habeant in illis bestiis pro quibus prestita fuerit ydonea securitas ad camaram^{4]} communis Plac(entie) de dampnis que fecerint emendandis.⁵

XII. Si probatum fuerit legiptime aliquem fecisse da(m)pnum alteri a quinque^{6]} sol(dis) supra usque in decem sol(dos), solvat pro pena comuni .X. sol(dos); si a decem sol(dis) usque^{7]} in .XX. sol(dos), solvat pro pena comuni .XX. sol(dos); si a .XX. sol(dis) usque in .XL. sol(dos), solvat^{8]} pro pena comuni quadraginta sol(dos); si ab inde supra, puniatur in quinque libris Plac(entinorum).^{9]} Et nichilominus teneatur dampnum passo dampna omnia emendare. Et predicta^{10]} locum non habeant in casibus in quibus aliter per statuta alia est provisum.¹¹

XIII. Si animal alicuius vulneratum vel occisum fuerit existens absque custodia, non^{12]} teneantur ville in quibus vel earum territorio hoc aciderit ipsum emendare. Sed^{13]} habeat dampnum passus regressum adversus vulnerantem vel ipsum animal^{14]} occidentem.¹⁵

XIV. Nullus det dampnum vel guastum in fossatis magnis vel parvis, muris^{16]} seu aliis rebus communis Plac(entie) existentibus in civitate Plac(entie) vel suburbii vel circa^{17]} ipsam civitatem. Et qui contra fecerit puniatur arbitrio potestatis, habito re¹⁸ spectu ad qualitatem facti et personarum.¹⁹

de acisis de damno dato cum bestiis^f

XV. Si quis fecerit acusam vel denunciacionem de aliqua singulari persona^{20]} vel universitate de aliquo dampno vel guasto sibi dato vel facto per^{21]} homines vel bestias in aliquibus rebus, credatur acusatori vel denunciatori^{22]} de dampno dato et extimacione ipsius dampni usque in quantitatem^{23]} viginti sol(dorum) cum sacramento ipsius acusantis vel denunciantis eciam de^{24]} credulitate, si fuerit accussans civis et oriundus de civitate Plac(entie), *qui intelligatur oriundus si sit descriptus in libro talearum communis Plac(entie) vel aliter a taleis sit^{30]} absolutus dummodo sit civis,*^g et^{25]} homo bone fame et condicionis,^h quod iuramentum teneatur prestare in presencia iudicis^{26]} coram quo fieret acussa vel denunciacio. Si vero dampnum asen²⁷deret ultra quantitatem predictam usque in quantitatem .XL. sol(dorum), cre²⁸datur dicto acusatori vel denunciatori, si probaverit dampnum et extimacionem^l dampni per unicum testem; a dicta vero quantitate .X. sol(dorum) supra, circa probacionem^{1]} dampni dati vel extimacionis iuri comuni relinquatur. Eo salvo quod non credatur^{2]} acusatori vel denunciatori ut supra premititur per sacramentum suum nisi semel contra^{3]} eundem dumtaxat in uno mense. Et si de eadem persona plures acusa⁴ciones in uno mense quis duxerit faciendum, suo sacramento

^f nel margine sinistro.

^g q(ui) intelligat(ur) - civis aggiunto nel margine inferiore con segno di inserzione.

^h et c(on)dicionis nel sopralineo.

non stetur nisi⁵ super prima, super aliis vero stetur prout superius est expressum, videlicet pro qua⁶libet acusa vel denunciacione si est infra quantitatem decem sol(dorum) per probacionem⁷ unius testis; si autem ultra quantitatem predictam, relinquatur iuri comuni prout⁸ est superius declaratum. Et ultra predicta, si probatum fuerit aliquem fecisse da(m)p⁹num in ortis, iardinis seu campis sytis in civitate Plac(entie), puniatur pro¹⁰ qualibet vice in .XL. sol(dis) Plac(entinorum) comuni Plac(entie) aplicanda. *Et quilibet accusans¹¹ teneatur omnes accusas, ultra illam de qua sibi debet credi, quas fecerit probare ipsas legiptime infra¹² mensem computandum a die quo ipsas accusas fecerit, absque litis contestacione et aliquo termino dando per iudicem.¹³ Et si ipsas accusas legiptime non probaverit factis capitulis et accusato transimmissis et citato eo ad faciendum.*¹⁴

XVI. Rubrica de pena non probantis crimen¹⁵

de pena non probantis^j

Omnis qui acusaverit vel denunciaverit aliquem de aliquo crimine, ex quo¹⁶ pena sanguinis vel corporalis ingeratur, si non probaverit ipsum crimen, tene¹⁷atur restituere accusato vel denunciato postquam fuerit absolutus omnes¹⁸ expensas et dampnum que acusatus vel denunciatus ob hoc incurisset et¹⁹ in hoc, facta dicta absolucione, intelligatur legiptime condempnatus. *Et²⁰ nichilominus iudex coram quo dicta accusa delata teneatur et debeat^k cogere accusatorem ad satisdacionem prestandam²¹ de substinentendo et probando dictam^l accusam, in pena et sub pena quinquaginta librarum Plac(entinorum),^m in quamⁿ²² debeat condempnare sine novo iudicio vel instancia accusatorem pro quolibet accusato de³⁷ quo non probaverit. Quam satisdacionem si accusator non prestiterit, ipsam accusam non recipiat³⁸ iudex nec super eam procedre posit.^o³⁹ Penam incurrat si non probaverit ut supra et de expensis restituendis accusato, qua satisdacione non prestita²⁴ non possit procedi super ipsam accusam et non possit ad predicta aliquis fideiussor fideiubere qui prohibetur²⁵ fideiussor esse in instrumentis gabellarum.*^{p²⁶}

XVII. Rubrica de pena vendencium vinum adaquatum²³

Nullus vendat seu ducat vel duci faciat mustum seu vinum adaquatum,²⁷ nisi de hoc emptorem vel alium cui vinum duxerit cercioraverit, in pena²⁸ centum sol(dorum) Plac(entinorum) pro quolibet caro, cuius medietas sit accussatoris vel²⁹ denunciatoris et alia medietas sit communis.³⁰

ⁱ et q(ui)lib(et) - faciendu(m) aggiunto nello spazio bianco al termine della rubrica.

^j nel margine sinistro.

^k teneat(ur) et debeat nel soprallineo in corrispondenza di si sibi videbit(ur) depennato.

^l d(i)cta(m) nel soprallineo.

^m segue p(ro) q(uo)libet acc(us)ato depennato.

ⁿ et nichilomin(us) - in qua(m) aggiunto nello spazio bianco al termine della rubrica.

^o debeat - posit aggiunto nel margine inferiore con segno di inserzione.

^p pena(m) - gabella(rum) aggiunto tra il titolo e l'inizio della rubrica successiva.

XVIII. Rubrica de pena ponentis olegos in vino³¹

de olegis in vino ponentis^q

Quiconque posuerit vel miscuerit olegos in vino condempnetur in .XXV. ³²| libris Plac(entinorum) pro qualibet vice et qui colegerit ipsos olegos conde(m)pnetur pro qualibet ³³| vice in centum sol(dis) et qui habuerit ipsos olegos in domo conde(m)pnetur in .X. libris. ³⁴| Quod statutum faciat cridari potestas per civitatem semel quolibet mense et ³⁵| quilibet possit acussare et habeat medietatem dicte pene.||^{56v}

XVIII. Rubrica quod acuse et acta criminalia edantur partibus¹

de acusis ad criminalia^r

Statutum est quod acuse et testes et processus et alia acta acussacionum et eciam ²| aliarum criminalium causarum, que fient vel recipientur tam per acussas quam per officium potesta³|tis vel suorum iudicium vel aliorum quorumcumque officialium, edantur quam cicias fieri potest partibus ⁴| si petierint tam ante probacionem quam post, in pena ipsi potestati et cuilibet officiali ⁵| communis Plac(entie) .XXV. librarum Plac(entinorum) pro qualibet vice qua fuerit contrafactum, quam penam ipso ⁶| facto incurat.⁷

XX. Rubrica de possessionibus ocupatis, invasis vel turbatis⁸

de possessionibus ocupatis^s

Siquis in tantam pervenerit audaciam quod terras, domos vel res inmobiles ⁹| quas aliquis tenebat vel posidebat seu quasi ocupaverit vel invaserit, si res ¹⁰| occupata vel invassa valuerit quinquaginta libras Plac(entinorum) vel ab inde infra, puniatur ¹¹| invasor vel ocupator in .X. libris Plac(entinorum). Si autem exceserit extimacionem quinqua¹²|ginta librarum usque in centum libras, puniatur in .XXV. libris. Si ab inde supra res valuerit, ¹³| puniatur in quinquaginta libris Plac(entinorum). Et nichilominus teneatur rem predictam ¹⁴| restituere cum effectu cum fructibus perceptis ei qui eam tenebat vel possidebat ¹⁵| sive naturaliter sive civiliter t(em)pore ocupacionis vel invasionis cum omnibus fructibus, ¹⁶| expensis, da(m)pnis et interesse, de quibus omnibus possit cognosci et cognoscatur suma¹⁷|rie et de plano, sine dacione libelli et strepitu et figura iudicii, diebus feri¹⁸|atis et non feriatis.¹⁹

XXI. Siquis turbaverit aliquem in possessione seu quasi alicuius rei inmobilis, ²⁰| si res super qua quis turbatur valuerit infra quantitatem .L. librarum, puniatur ²¹| turbator in centum sol(dis). Si autem exceserit quantitatem predictam usque in centum ²²| libras, puniatur in .X. libris. Si vero a centum libris supra, puniatur in .XXV. libris Plac(entinorum), ²³| et nichilominus condempnetur a cessacione dicte turbacionis, de quibus omnibus ²⁴| possit et debeat cognosci et cognoscatur sumarie et de plano, sine dacione ²⁵| libelli et strepitu et figura iudicii, quolibet t(em)pore feriato et non feriato.²⁶

^q nel margine sinistro.

^r nel margine sinistro.

^s nel margine sinistro.

XXII. Statuimus quod nullus ocupator, invasor vel turbator alicuius rei i(m)mobilis²⁷| possit refferre adversario aliquam questionem de dominio, sive agatur crimi²⁸|naliter sive civiliter seu qualitercumque.²⁹

XXIII. Rubrica qualiter procedatur si terra ob minas alicuius non fuerit laborata³⁰
de terris incultis^t

Si per minas vel potentiam alterius terra quam aliquis tenet guasta ||^{57r} steterit vel inulta, condempnetur ille cuius facto hoc accidit in vigintiquin¹|que libris Plac(entinorum), et nichilominus dampna emendet possessori. Et insuper homines²| ville in ipsa villa, in cuius territorio fuerit illa terra, teneantur laborare seu laborari³| facere illam terram, si consueta fuerit laborari. Si vero ipsa villa esset inhabitata,⁴| villa seu locus proximior ipsi terre teneatur ipsam laborare seu facere laborari,⁵| habendo pro laboratura sicut habent laboratores terrarum circonstancium ipsi terre. Et⁶| quantum ad cogendum ipsas villas et homines laborare dictam terram, possit et⁷| debeat potestas seu iudex malleficiorum vel alter ex iudicibus rationis procedere⁸| sumarie et de plano, sine libello et sine strepitu et figura iudicii, quo⁹|cumque t(em)pore feriato et non feriato, per presumptiones vel indicia prout viderit expedire.¹⁰

XXIII. Rubrica de pena repertorum de nocte¹¹
de pena repertorum de nocte^u

Siquis inventus fuerit per familiam potestatis per civitatem extra domum sine¹²| lumine de nocte post tertium sonum ca(m)pane que pulsatur de sero usque ad¹³| sonum ca(m)pane diei, conde(m)pnetur in decem sol(dis) Placentinorum.¹⁴

XXV. Nullus tabernarius vel tabernaria vendat vel vendi permitat vinum vel tene¹⁵|at apertam tabernam post tertium sonum campane communis que pulsatur de sero¹⁶| in pena viginti sol(dorum). Qui autem repertus fuerit in ipsa taberna post dictum sonum¹⁷| condempnetur in decem sol(dis).¹⁸

XXVI. Rubrica de penis contrahencium matrimonia prohybita et clandestina¹⁹
de penis contrahentibus matrimonia prohibita^v

Quiconque contraxerit matrimonium cum aliqua minore .XXV. annis²⁰| que maritum non habuerit sine consensu patris puniatur in .L. libris Plac(entinorum).²¹

^t nel margine sinistro.

^u nel margine sinistro.

^v nel margine sinistro.

XXVII. Ad refrenandam audaciam contrahencium clandestina matrimonia,²² ex quibus sepius scandala oriuntur, statuimus quod si quis dixerit se ma²³trimonium contrassisse cum aliqua muliere vel mulier cum aliquo viro²⁴ et ob hoc questionem moverit, condempnetur in centum libris Plac(entinorum) nisi probaverit²⁵ ipsum matrimonium fore contractum coram honestis et fide dignis personis²⁶ propinquis, videlicet tam ex parte viri quam mulieris. § Matrimonia²⁷ autem clandestina minime reputamus sed legi optima que facta sunt²⁸ et fient iuxta consuetudinem civitatis Plac(entie), videlicet coadunatis²⁹ propinquis et amicis viri et mulieris et facto sacramento ante³⁰ ecclesiam de matrimonio fiendo et postea imposicionem annulli in ||^{57v} digitum mulieris per ipsum virum seu eius legi optimum procuratorem publice subsecuta.¹

XXVIII. Rubrica de processu fiendo contra contumaces in criminalibus²
de processu fiendo contra contumaces^w

Si acussa facta fuerit de aliquo, ex qua petatur aliquid dari, fieri vel restituiri³ per accusatorem, et citatus, in qua citacione nomen acusatoris et causam propter⁴ quam facta fuerit acussa exprimi volumus, non co(m)paruerit infra terminum sibi⁵ assignatum et ob hoc bannum receperit, ellapsso termino dicti banni hoc⁶ ipso super ipsa acusa lis intelligatur et sit contestata et super ipsa procedi possit⁷ ac si lis esset legi optime contestata, et nichilominus per iudicem malleficiorum⁸ possit procedi contra ipsum contumacem ad condempnacionem pene et dampni rei⁹ petite, si probatum fuerit iuxta statuta communis Plac(entie) ordinate. § Insuper de¹⁰ claramus et volumus quod in omni acussa possit simul et semel cri¹¹ minalis et civilis questio intentari, agitari et procedi. § Criminalem¹² intelligentes ubi pena sanguinis vel corporis ingeritur et ubiconque¹³ pena aliqua eciam pecuniaria sit comuni Plac(entie) aplicanda.¹⁴

XXVIII. Quoniam publice expedit ne maleficia remaneant i(m)punita, statu¹⁵ imus quod si quis fuerit de quovis crimen acusatus vel denunciatus¹⁶ seu contra eum fuerit per inquisitionem processum citetur ad domum habitacionis¹⁷ sue vel, si certam habitacionem non habeat in civitate Plac(entie) vel districtu, ci¹⁸ tetur ad petram arengi, post quam citacionem si non venerit in omnibus¹⁹ casibus predictis in loco seu petra arengi publice banniatur. Et termino²⁰ banni ellapsso, detur sibi defensio decem dierum, que defensio noti²¹ ficetur ad domum predictam vel ad petram seu locum arengi, prout²² superius est expressum. Et si predicte citacio et notificacio et assigna²³ cito defensionis in dictis locis commode fieri non possent, ut puta²⁴ propter gueras vel propter aliam legi optima causam, de qua credatur sacra²⁵ mento quatuor cureriorum equestrorum vel aliorum quatuor bonorum hominum²⁶ qui sciant et scire inde possint veritatem et illud tale sacramen²⁷ tum ponatur in actis iudicis, fiant in loco vel petra arengi, quo²⁸ termino defensionis ellapsso quantum ad penam communis habeatur lis pro²⁹ contestata et pro confesso dictus contumax. Et perinde possit conde(m)p³⁰ nari ac si legi optime esset confessus. Sed non obstantibus predictis, ||^{58r} si

^w nel margine sinistro.

comparuerit voluntarie vel coactus ante condempnacionem non habeatur pro confesso,^{1|} sed eius defensio legiptima audiatur. *Et in citacione predicta inseratur totus tenor^{2|} accusacionis vel inquisicionis subscriptus manu notarii actorum et aliter non possit contra accusatum procedi^{3|} inter vacatione processus.*^{x4}

XXX. Rubrica de falsis⁵

Ut omnis via falsa comitendi penitus excludatur, firmiter statuimus quod si quis^{6|} dolose inciderit vel abstulerit cartas aliquas de libris statutorum communis Plac(entie) vel^{7|} aliquas literas ex eis abraserit vel canzelaverit vel in eis aliquid i(m)mutaverit adden^{8|}do vel minuendo, manus destera et pes dester sibi a(m)putentur, nisi usque ad decem^{9|} dies solverit comuni Plac(entie) ducentas libras Plac(entinorum) in pecunia numerata, absque aliqua co(m)pensa^{10|}cione numerandos a die qua fuerit condempnatus.¹¹

XXXI. Quia fides publica notariorum est per universum orbem comuniter approbata et ob^{12|} hoc merito deffensanda, cupientes fame laudabili quam notarii civitatis Plac(entie)^{13|} inter ceteros habeat et huc usque habuerunt et Deo propicio sunt perpetuo habituri consulere,^{14|} statuimus quod si quis criminaliter acusaverit aliquem notarium civitatis vel districtus Plac(entie)^{15|} vel dixerit vel denunciaverit vel inculpaverit de falso instrumento fabricato vel carta^{16|} vel scriptura publica falso fabbricata conde(m)pnetur in vingtiquinque libris Placen(tinorum),^{17|} nisi probaverit ipsum instrumentum, cartam seu scripturam esse falsam. Et antequam procedatur^{18|} contra ipsum notarium, prestat dictus acusans vel dicens vel denuncians seu inculpans^{19|} securitatem ydoneam coram iudice malleficiorum de solvenda dicta pena, nisi probaverit^{20|} ipsam falsitatem per dictum notarium fore factam. Si vero civiliter in iudicio agendo^{21|} vel excipiendo aliquod instrumentum vel scripturam publicam quis dixerit esse fal^{22|}sam et non probaverit, puniatur in .X. libris Plac(entinorum) comuni Plac(entie) aplicandis.²³

XXXII. Omnes fabricantes et fabricari facientes falsa instrumenta vel cartas vel scriptu^{24|}ras publicas condempnentur, si fuerint notarii, in amputacione manus de^{25|}stre cuiuslibet, si vero alii fuerint quam notarii condempnentur in trecentis libris Plac(entinorum)^{26|} pro quolibet. Quam penam si non solverint infra decem dies post condempnacionem de^{27|} eis factam, eis et cuilibet eorum manus destera amputetur.²⁸

XXXIII. Siquis dolose falsum testimonium tulerit in causa vel questione criminis,^{29|} ex quo pena sanguinis vel corporis ingeratur, amputetur ei lingua; si vero^{30|} in aliis causis vel questionibus criminalibus vel civilibus quibusconque falsum^{31|} diserit testimonium, puniatur pena pecuniaria arbitrio potestatis, inspecta ||^{58v} persone et negocii qualitate.

^x et in citacione - processus aggiunto nello spazio bianco al termine della rubrica.

Quam penam si non solverit usque ad decem dies post condemp¹|nacionem de eo factam, lingua ei amputetur. Quibus penis puniantur dolose produ²|centes falsos testes.³

XXXIII. Rubrica de aleatoribus et dantibus eis auxilium et favorem⁴
de ludo^y

Si aliquis in civitate vel districtu Plac(entie) inventus fuerit per familiam potestatis⁵ ludere ad taxillos, vel acusatus vel denunciatus fuerit luxisse ad ludum taxi⁶|llorum et probatum fuerit quando fuerit acusatus vel denunciatus conde(m)pnetur in centum⁷ sol(dis) Plac(entinorum). Si autem inventum fuerit per familiam potestatis aliquos ludere ad⁸ ipsum ludum in domo habitacionis alicuius, puniatur habitator ipsius domus⁹ in .XXV. libris Plac(entinorum). Eodem modo puniatur, si per acusacionem vel denunciacione¹⁰ ipsos ludos et luxores tenere et receptare in domo vel¹¹ habitacione sua probatum fuerit quem tenere vel tenuisse. Si vero aliquis mutua¹² verit ad ipsum ludum pecuniam, puniatur in decem libris Plac(entinorum). Et quicumque contrac¹³tus super hoc factus et quicquid sequitur ex eo vel ob ipsum non valeat ipso iure.¹⁴ Qui contractus presumatur occassione ludi factus, si probatum fuerit creditorem consu¹⁵etum fuisse mutuare ad ludos et debitorem consuetum fuisse esse luxorem,¹⁶ et possit procedi in predictis sumarie et de plano sine figura et strepitu¹⁷ iudicii et habeat locum in civitate Plac(entie) et episcopatu. Et predicta in ludis tabu¹⁸|larum vel ludis qui fiunt in barataria vel in ludis qui fiunt cum nevolariis¹⁹ ad nevollas vel canestrellos non vendicent sibi locum. *Et iudex non possit²⁰ procedere per inquisicionem, nisi facta fuerit accusa vel denunciatio vel inventio per familiam potestatis,²¹ in qua sit colateralis domini potestatis Plac(entie).*²²

XXXV. Rubrica in criminalibus possit procedi per acussacionem, inquisicionem et denunciacione²³
de criminalibus^{aa}

In omni causa criminali possit potestas et iudex malleficiorum seu alter eorum proce²⁴dere, cognoscere et terminare tam per acusacionem quam denunciacione vel in²⁵quisicionem divissim et separatim, prout eis videbitur expedire. Ita tamen²⁶ quod non possit aliquem condempnare, nisi defensione ei data, videlicet²⁷ trium dierum ad minus, si est tale crimen ex quo pena sanguinis vel²⁸ corporis ingeratur. In aliis vero criminibus decem dierum terminus ad²⁹ sui defensionem ad minus ei detur. § Salvo quod quando dicitur dampnum³⁰ vel guastum esse factum per aliquem, non possit procedere, cognoscere vel³¹ terminare potestas vel iudex malleficiorum per inquisicionem vel denunciacione, ||^{59r} sed solummodo per accusam. Salvo quod possit iudex procedere per inquisicionem in dampnis¹ datis in rebus communis Plac(entie). § Nec eciam in causa adulterii possit potestas vel iudex² malleficiorum procedere per inquisicionem seu denunc(ationem), sed solum per acusacionem, que fieret per³

^y nel margine sinistro.

^z et iudex - Plac(entie) aggiunto nello spazio bianco al termine della rubrica.

^{aa} nel margine sinistro.

maritum, patrem, matrem, sacerum seu fratres mulieris, que dicitur adulterium ⁴| comississe, et non per alios fieri possit. Dicta acusacio de adulterio possit fieri ⁵| infra triginta dies tantum a t(em)pore comissi adulterii et non ultra.⁶

XXXVI. Rubrica de pena portancium arma⁷

de pena portantium arma^{bb}

Quicumque inventus fuerit portare arma per civitatem Plac(entie) pro quolibet genere armorum ⁸| de ferro offendibilium, condempnetur per potestatem in .XL. sol(dis), pro quolibet genere ar⁹morum defendibilium in .XX. sol(dis). Et si inventus fuerit de nocte, pene dupli¹⁰centur, et ipsa arma amittat ac deveniant in comuni et vendantur publice ad in¹¹cantum. Et quod inventus cum armis detineatur personaliter donec solverit vel ¹²| deposuerit penam contentam in dicto statuto, ita quod, facta deposizione penes ¹³| camar(arium) communis Plac(entie) in pecunia numerata, audiatur eius defensio, siquam facere ¹⁴voluerit, infra t(em)pus sibi statuendum a iudice, et si fuerit persona suspecta ¹⁵| detineatur saltim per tres dies, et fiat tunc proclamacio publice, siquis vult ¹⁶contra ipsum captum aliquid opponere infra t(em)pus arbitrio iudicis statuendum. ¹⁷| *Excusetur eques, si reperiatur habere capellum, vel eius famullus, si iuraverit se ad ¹⁸villam ire.*^{cc19}

XXXVII. Ut transeuntes per civitatem Plac(entie) non valeant ignoranciam pretendere, cri²⁰detur quod teneatur quicumque albergator notificare penam ordinatam contra arma por²¹tantes per civitatem cuilibet hospici suo in pena viginti sol(dorum).²²

XXXVIII. Rubrica de pena dicencium verba iniuriossa²³

de pena dicentium verba iniuriosa^{dd}

Quicumque dixerit verba iniuriossa adversus aliquem puniatur in .LX. sol(dis), salvo ²⁴| quod ex qualitate personarum et verborum dictam penam potestas valleat mitigare vel ²⁵| augere.²⁶

XXXIX. Rubrica de penis percuciencium cum armis vel sine armis²⁷

de pena percuentium cum armis vel sine armis^{ee}

Si percuserit quis aliquem sine armis sine sanguinis efusione puniatur in ²⁸centum sol(dis). § Si vero cum sanguinis effusione in .X. libris, et quod si aliquis ||^{59v} dixerit verba iniuriosa rectori vel capitaneo civitatis Plac(entie) condempnetur in .XXV. libris Plac(entinorum), ¹| et si dixerit iudicibus vel militibus suis condempnetur in .X. libris pro qualibet vice.²

^{bb} nel margine sinistro.

^{cc} excusetur- ire aggiunto nello spazio bianco al termine della rubrica.

^{dd} nel margine sinistro.

^{ee} nel margine sinistro.

XL. Siquis percuserit aliquem cum armis, si sine sanguinis efusione, puniatur *in libris .X.*^{ff}³ si cum sanguinis efusione, puniatur *in .XXV. libris*, et si plura vulnera cum sanguine⁴ ne intulerit cum armis, puniatur pro quolibet vulnere *in libris .XXV.*, salvo quod, si ex⁵ quavis percussione me(m)brum fuerit amissum, percusor vel hoc commitens puniatur *in .ducentis libris Plac(entinorum)*. Et si non solverit dictas ducentas libras usque ad decem dies post⁷ condempnacionem factam, puniatur *in ammissione similis me(m)bri*. Et si me(m)brum fuerit⁸ debilitatum, puniatur *in centum libris Plac(entinorum)*.⁹

XLI. Rubrica de homicidio¹⁰

de homicidio^{gg}

Siquis comiserit vel comiti fecerit homicidium et in forcia communis pervenerit capi¹¹ te puniatur. Et si receperit bannum per contumaciam et defensionem *non fecerit*,^{hh} bona eius comuni Plac(entie)¹² nichilominus publicentur, *salvo iure creditorum et salvo debito iure nature*¹³ *descendentium talis malafactoris*. Et si postea pervenerit in forcia communis, capite puniatur.ⁱⁱ¹⁴

XLII. Rubrica de penis insultancium¹⁵

de insultationibus^{jj}

Qui in aliquem insultum fecerit, si sine armis et non percuserit, puniatur *in .LX. sol(dis)*, si cum armis *in centum sol(dis)*. § Si ad domum alicuius insultum fecerit,¹⁷ si sine armis *vel cum armis que non sint de ferro*^{kk} *in .X. libris*, si cum armis *de ferro*^{ll} *in .C. libris Plac(entinorum)*. Et si percuserit faciens¹⁸ insultum ad domum, puniatur ultra predicta de percusione, prout in aliis statutis continetur.¹⁹

XLIII. Rubrica de adulteriis²⁰

de adulterio^{mm}

Siquis comiserit adulterium cum aliqua nupta que non sit publica meretrix,²¹ conde(m)pnetur *in ducentis libris et adultera in tantundem*. Salvo quod si adultera non²² solverit dictas ducentas libras *infra quintam diem post c(on)dempnacionem*, denudata usque²³ ad cingullam, per civitatem grossis virgis fortiter fustigetur.²⁴

^{ff} in libris .x. aggiunto nel margine destro. Precede in centum sol(dis) depennato.

^{gg} nel margine sinistro.

^{hh} no(n) fece(r)it nel sopralineo.

ⁱⁱ salvo - puniat(ur) aggiunto nello spazio bianco al termine della rubrica.

^{jj} nel margine sinistro.

^{kk} v(e)l c(um) - ferro nel sopralineo.

^{ll} de ferro nel sopralineo.

^{mm} nel margine sinistro.

de raptu mulierumⁿⁿ

XLIII. Rubrica de ratu mulierum||^{60r}

Quicumque mulierem non publicam meretricem vi rapuerit vel vi carnaliter ¹| cognoverit vel nisus fuerit vi carnaliter cognoscere, capite puniatur, si in forcia ²| communis pervenerit. Et si receperit bannum pro contumacia et defensionem *non fecerit*,^{oo} bona eius comuni ³| Plac(entie) nichilominus publicentur, *salvo iure creditorum et iure similiter, ut in statuto de homicidio supradictum est.*^{pp} Salvo quod si mulier predicta fuerit infamata de ⁴| meretricio, vel ad precium cum aliquo steterit, tunc quod pro dictis maleficitiis non ⁵| inferatur pena mortis vel corporis, sed pecuniaria arbitrio potestatis, inspectis ⁶| facti et personarum qualitate. Ita tamen quod de dicto crimine non possit fieri acu⁷sacio, denunciacio vel inquisicio post .XL. dies continuos a t(em)pore dicti maleficii ⁸| perpetrati. Et qui nisus fuerit vi carnaliter cognoscere et non cognoverit, pu⁹niatur in centum libris et, si solvere non poterit, stet in carceribus communis donec ¹⁰| eas solverit. Et in utroque predictorum casuum, sicut si vi cognoverit vel non cognoverit, ¹¹| licet cognoscere voluerit, si uterque ipsorum fuerint in concordia de faciendo matri¹²monio et fecerit, quod tunc pena nulla puniatur.¹³

de minis cum manibus vel cum pedibus^{qq}

XLV. Siquis aminaverit contra aliquem de manu vel de pede et non percuserit, ¹⁴| puniatur in .LX. sol(dis) et si de aliquo genere armorum puniatur in centum ¹⁵| sol(dis) Placen(tinorum).¹⁶

XLVI. Rubrica de verbis iniuriosis et percussionibus vilium personarum¹⁷

de verbis iniuriosis^{rr}

Ubiunque tractatur in statutis communis de penis imponendis dicentibus verba ¹⁸| iniuriosa vel percusoribus sine armis et absque membra debilitacione vel ¹⁹| amissione, nolumus hoc intelligi de ribaldis vel meretricibus seu ²⁰| vilibus et abiectis personis predicta commitendibus. Sed in dictis casibus penas ²¹| eis imponi volumus arbitrio potestatis.²²

XLVII. Rubrica de penis furantium et fures receptancium²³

de penis furantium^{ss}

Siquis furatus fuerit res vallentes infra quantitatem .XX. sol(dorum) Plac(entinorum) ²⁴| ponatur et stet ad berlinam per medium diem et postmodum denudatur ²⁵| usque ad cingulum per civitatem, grossis virgis fortiter fustigetur. ²⁶| § Si vero fuerint supra extimacionem viginti sol(dorum) et infra extimacionem ²⁷| quadraginta sol(dorum), ei

ⁿⁿ nel margine sinistro.

^{oo} no(n) fecerit nel sopralineo.

^{pp} salvo iure - est nel sopralineo.

^{qq} nel margine sinistro.

^{rr} nel margine sinistro.

^{ss} nel margine sinistro.

auricula abscidatur. § Si autem excesserint extima²⁸|cionem quadraginta sol(dorum) usque in centum sol(dos), ei oculus eruatur^{tt} ||^{60v} et pes incidatur¹ et auferatur. § Si vero a decem libris Plac(entinorum) supra, suspendatur per gullam, ita² quod moriatur. Salvo quod, non obstantibus predictis, si fuerit primum furtum usque in³ centum sol(dos) Plac(entinorum), ponatur ad berlinam et fustigetur modo predicto. Ita tamen quod⁴ si fur esset minor vigintiquinque annis possit potestas ipsas penas mitigare⁵ propter miseracionem etatis prout ei videbitur convenire. Et predicta non habeant locum⁶ in frugibus que decem sol(dorum) extimacionem non excedant, sed relinquatur⁷ statutis loquentibus de dampnis datis. Et si quis inciserit bursam vel⁸ tascam, in qua fuerint .XX. sol(di) et ab inde infra, quod manus sibi amputetur⁹ et ab inde supra laqueo suspendatur.¹⁰

XLVIII. Famosi latrones seu derobatores in viis publicis seu stratarum pu¹¹blicarum seu domorum violenter per gullam laqueo suspendantur, ita quod moriantur.¹²

XLVIII. Receptatores latronum et derobatorum et aliorum malefactorum, si scienter et¹³ dolosse ipsos receptaverint vel eis auxilium vel favorem dederint ad ipsa ma¹⁴leficia perpetranda, pari pena puniantur qua dicti malefactores puniri debent.¹⁵

L. Rubrica de penis asasinorum¹⁶

de penis asasinorum^{uu}

Assassinorum tam nomina quam opera detestantes, statuimus ut quicumque asasinus¹⁷ sive precio vel precibus aliquem ociderit vel interficere atentaverit, licet mors¹⁸ non sequatur, durissima morte, prout de qualitate ipsius mortis potestati¹⁹ videbitur, moriatur et bona eius si qua habet comuni Plac(entie) nichilominus publicentur.²⁰ Quas penas simili modo incurant omnes qui humanum sanguinem sci²¹tientes per assassinos aliquem interfici mandaverint seu ipsis asasinis²² ad hoc dederint auxilium vel favorem, contra quos omnes potestas Plac(entie)²³ habeat plenum et liberum arbitrium inquirendi, torquendi, procedendi,²⁴ puniendi, prout ei videbitur expedire.²⁵

de penis facientium sibi tributare^{vv}

LI. Rubrica de penis facientium sibi tributare||^{61r}

Quicumque per vim vel minas sibi aliquem fecerit tributum prestare¹ puniatur in .L. libris.²

^{tt} segue § si ab inde sup(ra) usq(ue) in dece(m) l(i)br(as), ei oculus eruat(ur) all'inizio del rigo successivo depennato.

^{uu} nel margine sinistro.

^{vv} nel margine sinistro.

LII. Rubrica nulla mulier cum viris³
de penis. Nulla mulier cum viris posit carcerari^{ww}
Nulla femina cum hominibus carceretur.⁴

LIII. Rubrica nemo prohybeatur acipere sabulum vel lapides de flumine publico⁵
Nemo prohybeatur acipere sabulum vel lapides de flumine publico in⁶ pena centum
sol(dorum), quam incurat impediens ipso facto.⁷

LIV. Rubrica de pena comitencium fraudem in suo officio⁸
de pena commitentium fraudem in suo officio^{xx}
Quilibet officialis communis Plac(entie), qui in officio sibi commisso vel circa ipsum⁹
dolum vel fraudem commiserit, puniatur pro qualibet vice in .XXV. libris, ob¹⁰ hoc ipso
ab omni officio communis Plac(entie) per quinque annos tunc proximos continuos¹¹ sit
privatus, salvis statutis in quibus in certis casibus aliter est provisum.¹²

LV. Rubrica de pena transeuncium muros civitatis¹³
de pena transeuntium muros civitatis^{yy}
Nulli liceat transcire supra muros sive spaldos civitatis Plac(entie), in pe¹⁴na .XXV.
librarum Plac(entinorum) de die et de nocte quinquaginta librarum Plac(entinorum).¹⁵

LVI. Rubrica quod scutiferi seu ragaci non curant equos in civitate vel burgis¹⁶
de pena scutiferorum fecientium currere equos in civitate^{zz}
Nullus scutifer seu ragacus in civitate Plac(entie) vel burgis currat¹⁷ aliquem equum vel
equam, nullum seu nullam, nisi in presencia domini¹⁸ cuius fuerit equus vel equa,
nullus vel nulla, et si contrafecerit¹⁹ condempnetur qualibet vice in .XX. sol(dis)
Plac(entinorum), quas si solvere non²⁰ poterit ponatur ad berlinam.²¹

de pena aquarum et rivorum^{aaa}

LVII. Rubrica de aquis et rivis ||^{61v}

Ducentes aquas ad orta, iardinos vel campos intra civitatem et suburbia¹ existentes et
eciam prope civitatem per medium miliare non possint, occassione ipsarum² aquarum,
acusari, molestari, impediri seu aliqualiter condempnari. Sed i(m)pune³ et libere ad
predicta possint ipsas aquas ducere.⁴

^{ww} nel margine sinistro.

^{xx} nel margine sinistro.

^{yy} nel margine sinistro.

^{zz} nel margine sinistro.

^{aaa} nel margine sinistro.

LVIII. Statutum est et longo t(em)pore observatum quod omnes qui habent testam seu capud terre⁵ rivo alicui possint et eis liceat habere et aufferre quindenam de ipso rivo.⁶

LVIII. Statutum est et diucius observatum quod quelibet persona, que habet ius ducendi⁷ et extrahendi aquas seu rivos de fluminibus, surtuminibus, scolaturis⁸ districtus Plac(entie) vel qualitercumque, possit ipsos rivos et aquas ducere per terras⁹ et campos cuiuslibet persone, ad minus dampnum illius persone seu personarum¹⁰ cuius seu quarum sunt seu fuerint ipse terre per quas ducuntur et ducentur¹¹ dicti rivi seu aque, habendo ille persone, quarum fuerint dicte terre, si volue¹² rint, quindenam dictorum rivorum seu aquarum seu tantum a conductibus ipsas¹³ aquas vel rivos quantum valuerint ille terre super quibus ducentur¹⁴ ille aque seu rivi. Et hoc sit in elleccione illius cuius fuerit illa terra.¹⁵ Et si eligerit sibi dari extimacionem dicte terre, extimetur ipsa terra¹⁶ arbitrio boni viri pro parte seu quantitate quam caperent cavi ipsius¹⁷ rivi seu aque. Et si ille, qui duxerit dictam aquam, prohybuerit acipere¹⁸ et habere quindenam ut predicitur domino dicte terre condempnetur vice qualibet¹⁹ in viginti sol(dis) Plac(entinorum). Ita tamen quod cuilibet per cuius terram ducetur vel ducitur²⁰ dicta aqua vel rivus liceat expensis suis ipsam aquam, cavum vel²¹ rivum ponere a qua parte terre sue maluerit, dum tamen ipsa aqua vel²² rivus commode decurat et labatur ad utilitatem ducentis. Salvo²³ quod ille, per cuius terram ducitur vel extrahytur quindena, non possit de dicta²⁴ quindena acipere quindenam, sed teneatur dicens ipsam quindenam solvere²⁵ extimacionem terre quam occupaverit domino ipsius terre.²⁶

LX. Siquis duxerit aquam ex aliquo flumine publico seu surtu²⁷ minibus vel scolaturis et steterit ipse et ille a quo causam habet vel²⁸ alter eorum in possessione seu quasi ducendi ipsam aquam per viginti annos²⁹ continuos, non possit molestari ab aliquo qui se dicat habere a dictis³⁰ viginti annis citra causam vel titulum a comuni Plac(entie), nisi pretendat³¹ alia iura per que debeat obtinere. Alioquin, si de dicta possessione³² vel quasi non probaverit, preferatur qui titulum prius habuerit a comuni et in hoc³³ defendantur per comune Plac(entie). Et hoc habeat locum in preteritis, presentibus et futuris. ||^{62r}

LXI. Quicumque fecerit mondare rivos in civitate Plac(entie) faciat exportari immon¹ dicias que extracte fuerint de ipsis rivis usque ad quinque dies subse² quentes, in pena quinque sol(dorum) Plac(entinorum).³

LXII. Ad evitanda scandalum que sepe ex aquarum divisionibus oriuntur, provide⁴ statuimus quod quando per aliquos requiretur quod aque Trebie vel Nurie divi⁵ dantur, t(em)pore videlicet sicutatis, potestas teneatur facere preconizari publi⁶ ce per civitatem, premisso sono tube in locis consuetis, quod omnes quos ne⁷ gocium tangit et qui volunt se opponere ne dicta fiat divissio co(m)pa⁸ reant coram potestate vel iudice malleficiorum,

certo termino eis in ipsa crida⁹ exprimendo. Post que iudex malleficiorum personaliter cum tribus magistris¹⁰ aquarum vel duobus, si tres commode haberi non possent, vadat ad ipsa flu¹¹mina, cum quo eciam vadant, si voluerint, illi quos negocium tangit,¹² et facta examinacione ipsius aque per ipsos magistros presente dicto¹³ iudice, si fuerit in casu quo dividi debeat, dividatur et non aliter.¹⁴ Et hoc statutum potestas et eius iudices observare et execucioni man¹⁵dare inviolabiliter teneantur, in pena quinquaginta librarum Placent(inorum)¹⁶ potestati et vigintiquinque librarum cuilibet iudicium suorum, quod si non obser¹⁷vaverint incurant ipso facto.¹⁸

LXIII. Potestas vel aliquis officialis non cogat aliquem ad contribucionem¹⁹ aliquarum expensarum rivorum vel aquarum, nisi sit consors et particeps²⁰ ipsorum rivorum seu aquarum.²¹

LXIV. Statutum est quod si quis duxerit vel duci fecerit rivum vel aquam²² per civitatem vel districtum Plac(entie), taliter arceat et ducat ipsam aquam²³ suis expensis, quod non da(m)pnificet aliquam viam publicam vel privatam²⁴ nec det da(m)pnnum alicui persone, quod si contrafecerit condempnetur²⁵ in .XL. sol(dis) qualibet vice et nichilominus ad emendandum da(m)pnnum²⁶ passo in duplum teneatur.²⁷

LXV. Super questionibus aquarum et rivorum procedatur et cognoscatur et ter²⁸minetur per potestatem vel iudicem malleficiorum sumarie et de plano²⁹ et sine libello et strepitu et figura iudicii, diebus feriatis³⁰ et non feriatis, exceptis feriis introductis in honorem Dei.³¹

LXVI. Item statutum est et diu observatum quod partitores rivi qui ||^{62v} dicitur de canalibus aptentur et manuteneantur a becaria Sancte Brigide¹ infra expensis illorum quibus ipsi partitores seu rivi ipsorum partitorum pertinent. Et² hoc potestas teneatur facere fieri infra mensem ab introytu sui regiminis,³ ita quod aqua sufficienter et libere decurat per rivum qui labitur per subtus⁴ sedilia communis, ita quod latrina ipsorum sedilium mondentur.⁵

LXVII. Omnes qui ducunt vel ducent aquas per rivos macinarios, qui scavi⁶zant vel scavizabunt stratam Romeam vel stratam de Rivalgario vel⁷ stratam qua itur ad Potencianum et Albarolam vel stratam qua itur ad Sanctum⁸ Georgium vel stratam cremonensem et stratam montenariam, teneantur⁹ facere seu fieri facere super ipsis stratis ubi scavizant ipsas stratas, usque¹⁰ ad festum Sancti Michaelis proximi venturi vel quam cicius fieri poterit, pontes¹¹ de lapidibus et calcina ad voltas bonos et sufficietes, amplitudinis¹² sex brachiorum ad minus infra spondas, et fiant in medio cuiuslibet¹³ ipsarum stratarum, sub pena vigintiquinque librarum Plac(entinorum). Que pena .XXV.

librarum¹⁴] solvatur per illos qui ducunt ipsos rivos, dividendo ipsam condempnacionem pe¹⁵ne pro rata iurium eorum inter ipsos, et nichilominus ipsos pontes et¹⁶] que(m)libet eorum facere et fieri facere teneantur. Et potestas vel officialis ad hoc¹⁷] deputatus teneatur in pena quinquaginta librarum, quam si senis fecerit¹⁸] incurat ipso facto, ellapo dicto t(er)mino inquirere et facere videri predicta¹⁹] et condempnare illos qui predicta neglexerint adimplere. Et potestas²⁰] teneatur et faciat preconizari hoc statutum quolibet mense in pena predicta,²¹] quam si senis fecerit incurat ipso facto.²²

LXVIII. Omnes qui ducunt vel ducent aquas per rivos eciam macinatorios et alios²³] quoscumque rivos vel adaquatoria et scavizant vel scavizabunt aliquas stra²⁴]tas publicas vel privatas teneantur facere seu fieri facere super ipsis stratis²⁵] ubi scavizant ipsas stratas, usque ad tres menses proximos venturos vel quam cicius²⁶] fieri poterit, pontes ydoneos de bono lignamine sufficientes et bonos,²⁷] ita quod possint libere et tute equitari et carezari et fiant in medio cuius²⁸]libet ipsarum stratarum, sub pena centum sol(dorum) Plac(entinorum), que pena centum sol(dorum) Plac(entinorum)²⁹] solvatur per illos qui ducunt ipsos rivos seu adaquatoriois, dividendo³⁰] ipsam condempnacionem pene inter ipsos pro rata iurium ipsorum. Et nichilominus³¹] ipsos pontes et quenlibet eorum facere et fieri facere teneantur. Et potestas³²] seu officialis ad hoc deputatus teneatur in pena vigintiquinque librarum Plac(entinorum),³³] quam si senis fecerit incurat ipso facto, ellapo dicto termino inquirere et³⁴] facere videri predicta et condempnare illos qui predicta neglexerint adimplere. ||^{63r} Et potestas faciat preconizari publice quolibet mense dictum statutum in pena¹] predicta, quam si senis fecerit incurat ipso facto, salvo statuto quod loquitur de pontibus²] lapideis in certis casibus et stratis fiendis quod in suis casibus observetur.³

LXVIII. *De extracione aque rivorum pena^{bbb}*

Statutum est et diucius observatum quod si quis aceperit aquam vel extraserit de⁴] aliquo rivo non suo vel de rivo in quo habuerit partem ea die vel hora quam⁵] habere non debuerit vel ultra suam partem quam habere debuerit, condempnetur qualibet⁶] vice et solvat pro banno qualibet vice quadraginta sol(dos) Plac(entinorum) et da(m)pnum emendet⁷] dampnum passo. Et presumatur acepisse dictam aquam ille in cuius pratis vel terris⁸] inventa fuerit dicta aqua. Et credatur domino dicte aque seu rivi vel ei qui est⁹] in possessione vel quasi iuris dicte aque seu rivi suo sacramento de predictis¹⁰] et quolibet predictorum et de dampno proprio et quantitate da(m)pni quam et quod rece¹¹]pit occasione predicta usque in viginti sol(dos) Plac(entinorum) et ultra in quantum leigiptime petit¹²] probare.¹³

^{bbb} de extracione - pena aggiunto nello spazio bianco tra le due rubriche.

LXX. Nemo faciat in aliquo rivo clusam aliquam nisi de assidibus, in pena pro¹⁴ qualibet vice .XX. sol(dorum) Plac(entinorum), et nichilominus ad removendum dictam clusam teneatur.¹⁵

LXXI. Statutum est et longo t(em)pore observatum quod si plures homines fuerint habentes¹⁶ aquam seu rivum comunem et unus vel aliqui dictorum consortium vel omnes¹⁷ duxerit vel duxerint dictam aquam et fecerit cavum seu lectulum rivi vel¹⁸ canales vel alia necessaria, que fuerint de necessitate causa ducendi aliquam¹⁹ aquam seu rivum, quod illi consortes qui non solverint seu nollent solvere²⁰ suam partem eos contingentem de dictis expensis necessariis cum consensu²¹ consortis vel ipso legiptime requisito et expectato legiptime t(em)pore, silicet²² spacio trium dierum, non possit nec debeat uti dicta aqua nec habere nec tollere²³ suam partem dicte aque aliqua occasione vel modo, nisi primo restituat massario²⁴ rivi vel illi qui dictas expensas fecerit dictas expensas eum contingentes. Nec²⁵ possit nec debeat habere aliquem cavum per quem possit extrahere aquam²⁶ de dicto rivo. Et si haberet dictum cavum, potestas vel eius iudices teneantur²⁷ compellere eum vel eos facere explanare dictum cavum seu adaquatorium²⁸ infra octo dies postquam fuerit sibi denunciatum. Et qui contra fecerit²⁹ condempnetur et teneatur potestas eum condempnare et auffere pro banno³⁰ centum sol(dos) Plac(entinorum) pro qualibet vice.³¹

LXXII. Statutum est quod si plures sunt consortes habentes aliquem rivum ||^{63v} vel aquam comunem et aliquis eorum voluerit dividere et partiri dictam¹ aquam per partitorium, quod potestas seu iudex malficiorum co(m)pellant infra² brevem dilactionem illos consortes, qui nollent hoc facere, dividere et partiri³ dictam aquam et solvere suam partem dicti partitorii et expensas que fierent⁴ in predictis. Et interim ille ex consortibus qui fecerit ipsas expensas possit ni⁵chilominus interim retinere ipsam aquam et uti parte consortis quounque⁶ ipse expense sibi fuerint restitute.⁷

LXXIII. Statutum est et magno t(em)pore observatum quod quindena rivorum acipiatur ab⁸ illis qui habent ius acipiendo ipsam qualibet die veneris in occasu solis⁹ et retineatur usque ad diem dominicam sequentem in occasu solis. Et quicumque¹⁰ aliter tenuerit vel aceperit ipsam quindenam puniatur qualibet vice in .XL.¹¹ sol(dis), et nichilominus teneatur emendare omne dampnum ex hoc dampnificatis.¹²

LXXIII. Ordinatum est et diu obtentum quod illi ad quos pertinet quindena aquarum¹³ possint ipsam quindenam extraere, acipere et ducere per terras alienas, solvendo¹⁴ extimacionem terre, cavi et lecti per quem acipitur et ducitur ipsa quindena domino¹⁵ seu dominis, cuius seu quorum fuerit ipsa terra extimanda arbitrio boni viri.¹⁶

LXXV. Nulli liceat in pena .LX. sol(dorum) pro qualibet vice acipere vel ducere aliquam ¹⁷| quindenam ex aliquo rivo, nisi prius tota quindena dicti rivi fuerit divissa ¹⁸| inter habentes ius ipsius quindene, que quindena dividatur inter habentes ius ¹⁹| in ea. Et habeat quilibet de ipsa quindena pro rata iuxta quantitatem teste ²⁰| terre et trabucorum teste terre quam habet ipsi rivo faciendo ipsam divisionem ²¹| iuxta numerum trabucorum teste terre contigue ipsi rivo. Ad quam ²²| divisionem fiendam teneatur potestas seu iudex malleficiorum, ad postulacionem cuius²³|cumque habentis facere in ipsa quindena, requiri seu requiri facere omnes habentes ²⁴| facere in ipsa quindena et eis statuere certam diem pro termino ad ipsam divi²⁵ssionem fiendam per magistros aquarum. Et si quis non interfuerit dicta die, ²⁶| non impediatur ob hoc ipsa divissio sed fiat per ipsos magistros iuxta ²⁷| formam prelibatam, de qua divisione et assignacione que fiet cuilibet ²⁸| et secundum quod fiet cuilibet conficiatur publicum instrumentum. § Hoc addicendo ²⁹| quod illi qui solverint expensas predice divisionis possint partem quindene non ³⁰| solvencium retinere et uti quoisque solverint ipsarum expensarum suam partem. ³¹| Et hoc statutum legatur in publica concione et credetur publice per civitatem ||^{64r} semel in quolibet mense madii. Et teneatur potestas et iudex malleficiorum hoc statutum ¹| inviolabiliter observare, in pena vigintiquinque librarum, quam incurat ipso facto ²| si secus duxerit faciendum.³

LXXVI. Omnia data et concessiones iurium aquarum, facta et fienda per camararium ⁴| communis Plac(entie), de quibus publico constiterit instrumento, rata et firma sint, sal⁵vo statuto quod loquitur de possessionibus vel quasi per viginti annos aquarum et ⁶| rivorum, quibus per hoc statutum nullum preiudicium intelligatur esse factum.⁷

LXXVII. Quando fiunt divisiones aquarum in episcopatu Plac(entie) teneatur potestas mitere ⁸| unum ex iudicibus suis, videlicet iudicem malleficiorum, qui intersit ipsis divisionibus ⁹| ad hoc ut rixe et scandala que inde oriri possent evitentur.¹⁰

LXXVIII. Statutum est et antiquitus observatum quod quilibet camararius communis Plac(entie) debeat ¹¹| et possit vendere et concedere precio consueto cuilibet persone civitatis et episcopa¹²tus Plac(entie), que sit supposita iurisdictioni ipsius communis et que faciones substi¹³neat pro ipso communi, emere volenti iura aquarum tam surtuminum, scollaturarum, ¹⁴| pluvianarum et aliarum aquarum quam fluminum civitatis et districtus Plac(entie). ¹⁵| Et emptor possit ipsas aquas tollere et menare sua libera voluntate ¹⁶| per terras alienas, habendo domini terrarum mendam dampni eorum, si voluerint, ¹⁷| aut quindenam ipsius aque, et hoc locum habeat tam in preteritis quam in futuris, ¹⁸| salvo statuto quod loquitur de illis qui fuerunt in possessione vel quasi per viginti ¹⁹ annos continuos ducendi aquam seu in possessione vel quasi ipsarum aquarum ²⁰| vel rivorum.²¹

LXXVIII. Statutum est antiquum quod omnes rivi civitatis Plac(entie) qui non sunt terminati ²² vel mitiplanati ad postulacionem cuiuslibet cuius interest terminentur et fondentur ²³ et mitiplanentur per magistros aquarum et manuteneantur per illos qui du²⁴cunt aquam secundum quod terminati et mitiplanati fuerint per magistros, ad ²⁵ que adimplenda potestas teneatur in pena vigintiquinque librarum Plac(entinorum).²⁶

LXXX. Item statutum est quod traverse rivorum qui labuntur per civitatem Placencie ²⁷ et maxime per burgum ita aptentur quod cara et birocia possint duci per ²⁸ stratas iuxta dictos rivos commode sine detimento bovum et plaustrorum.||^{64v}

LXXXI. Statutum est quod nulla persona que inventa fuerit ire vel reddire per rippas ¹ alicuius rivi causa ducendi aquam ad adaquandum prata seu terras, seu causa ² custodiendi aquam rivorum, non possit vel debeat acusari nec modo aliquo conde(m)p³|nari, dummodo non dederit seu non fecerit dampnum in aliquibus rebus.⁴

LXXXII. Statutum est antiquum quod omnes habentes pontilia, lapides, sedilia, sepes ⁵ et banca prestancia impedimentum in rivo comunis, qui labitur ad palacium communis ⁶ ab ecclesia Sancte Brigide citra usque ad dictum palacium, teneantur et debeat ⁷ ea penitus removere seu removeri facere, vel saltim ipsum rivum eorum ⁸ expensis propriis mondare seu mondari facere, cum dicatur quod occasionibus ⁹ suprascriptis suprascriptus rivus non habeat nec habere possit commode decursum.¹⁰

LXXXIII. Rubrica de pena custodum prodencium vel male custodiencium castra¹¹
de pena male custodientium castra^{ccc}

Siquis capitaneus vel custos communis Plac(entie) proditorie vel dolo perdidit ¹² vel occupari permiserit per aliquos aliquod castrum, turim vel fortiliciam ¹³ contra commune Plac(entie), capite puniatur et bona eius nichilominus publicentur. ¹⁴ Si vero pro malla custodia puniatur arbitrio potestatis, personarum et facti qualitate ¹⁵ inspecta.¹⁶

de pena villarum non capientium malefactores^{ddd}

LXXXIII. Siquis capitaneus vel custos alicuius castri vel loci se absentaverit ab ipsa ¹⁷ custodia vel minus bene custodierit, puniatur arbitrio potestatis.¹⁸

^{ccc} *nel margine sinistro.*

^{ddd} *nel margine sinistro.*

LXXXV. Rubrica de penis villarum non capiencium mallefactores¹⁹
Quoniam iure testante negligere cum possis perturbare perversos, ni²⁰chil aliud est quam
fovere, volentes eos qui negligunt prosequi et capere²¹ mallefactores penis debitis
cohercere, statuimus quod si aliqua²² robaria vel homicidium facta vel factum fuerit in
aliqua villa seu²³ in aliquo loco districtus Plac(entie) vel eius territorio teneantur et
debeant²⁴ homines dicte ville et loci, in quo vel cuius territorio facta fuerit²⁵ ipsa
robaria vel homicidium, et homines villarum et locorum circun²⁶stancium, videlicet
locorum et villarum confinancium territorio dicte²⁷ ville vel loci, postquam clamor fuerit
levatus curere et prosequi et²⁸ capere ipsos robatores vel homicidas et in forcia communis
Plac(entie)²⁹ presentare vel saltim, si robaria facta fuerit, predam ab eis auffere³⁰ et
recuperare et eam restituere derobatis. Quod si predictos robatores ||^{65r} vel homicidas non
ceperint ut predictur, puniantur omnes simul et coniunc¹tim dicte ville et loca in
vigintiquinque libris Plac(entinorum), et nichilominus extima²cionem dicte robarie
teneantur emendare dampnum passo. § Teneantur eciam³ omnes ville et loca per quorum
territoria ducentur ipse robarie post quam levatus⁴ fuerit clamor, ita quod ipse clamor
possit in ipsis villis exaudiri, prosequi et capere⁵ ipsos derobatores vel saltim predam ab
ipsis auffere et recuperare. Quod⁶ si predicta non fecerint, teneantur contribuere ad
solvendum dictas penam et⁷ emendacionem dampni cum villis et hominibus supradictis.
§ Si vero percussio⁸ fieret cum ferro cum sanguinis effusione, teneantur homines dicte
ville vel⁹ loci, in quo vel cuius territorio facta fuerit ipsa percussio, capere et in forciam
¹⁰ potestatis presentare percussorem in pena decem librarum Plac(entinorum) ipsi ville
vel loco,¹¹ et si sine fero et cum sanguinis effusione in quinque libris Plac(entinorum).
Ad¹² quas contribuciones condempnacionum et emendarum eciam teneantur omnes¹³
nobiles in ipsis villis et locis seu territoriis eorum habitantes. Sed ad predicta¹⁴ pupili et
vidue minime teneantur. Et predicta locum habeant non obstantibus¹⁵ aliquibus statutis,
provisionibus vel reformacionibus hinc retro factis que in¹⁶ predictis vel circa ea
decetereo non vendicent sibi locum. Et si questio aliqua¹⁷ de predictis oriretur, possit et
debeat cognosci sumarie et de plano, sine¹⁸ figura et strepitu iudicii et libelli oblacione,
quolibet die feriato et¹⁹ non feriato. Et dictum statutum non vendicet sibi locum si
homines villarum, de²⁰ quibus fit mencio in dicto statuto, non fuerint negligentes in
capiendo dictos²¹ malefactores et in recuperando dictas robarias. Et quod ubi dicit de
pena²² .XXV. librarum, intelligatur si villa fuerit a .L. focollaris supra, et si fuerit ab inde²³
infra usque in .XXV. focolariis, in .XXV. libris, et ab inde infra, in .X. libris²⁴
Plac(entinorum). Et quod hoc statutum presens non vendicet sibi locum si homicidium,²⁵
robaria vel percussio fieret extra habitacionem villarum de nocte. Et ubi dicit²⁶ supra de
nobilibus intelligatur et de omnibus habitantibus pro maiori parte anni²⁷ in dicta villa. Et
predicta locum habeant in questionibus et litibus preteritis,²⁸ pendentibus et futuris et
quilibet qui fecerit aliquod dictorum malfectorum²⁹ propter quod dictae ville seu aliqua
earum fuerint condempnate, teneantur ad³⁰ solvendum et restituendum que propterea
aliquid solverent occasione aliquarum³¹ condempnacionum que propterea fierent vel
emendationum dictarum robariarum.³² Et quod rector civitatis Plac(entie) qui nunc est et
pro t(em)poribus erit teneatur³³ personaliter detinere dictum malfactorem, donec
restituerit in peccunia³⁴ numerata dictis villis totum illud quod dictae ville seu aliqua

earum³⁵] solverint occassione dictarum condemnacionum vel dampnum emendacionum
||^{65v} cum expensis et dampnis quod dicte ville propterea haberent vel substi¹nerent.²

LXXXVI. Rubrica de penis vicinarum non capientium malefactores³

de penis vicinorum non capientium malefactores^{eee}

Statuimus quod si aliquod homicidium factum fuerit de die, videlicet a⁴] sono ca(m)pane communis que pulsatur in aurora diei usque ad tertium sonum ipsius⁵] ca(m)pane que pulsatur in sero, in aliqua platea, strata vel via civitatis Plac(entie) vel⁶] suburbiorum, et homines illius vicinie in qua fuerit dictum homicidium perpetratum⁷] non ceperint ipsum homicidam et in forciam potestatis vel rectoris non presen⁸]taverint, puniantur vicini dicte vicinie, si in dicta vicinia fuerint a duodecim vici⁹]nis supra, in decem libris, et si ab inde infra in centum sol(dis) Plac(entinorum). Et si ali¹⁰]qua ferita facta fuerit cum ferro cum sanguinis effusione puniantur in decem¹¹] libris dicti vicini si non ceperint percussorem. Et sine effusione sanguinis cum ferro¹²] puniantur in centum sol(dis) et eodem modo si cum sanguine et sine fero.¹³] Et si dicta maleficia facta fuerint in domo alicuius, teneantur ipsi vicini, postquam¹⁴] levatus fuerit clamor, curere et capere ipsum homicidam vel percusorem¹⁵] in penis predictis, secundum quod dicta mallefficia distinguntur. Et omnes qui fuerint¹⁶] in domo predicta, sive de nocte sive de die, teneantur dictum mallefactorem¹⁷] capere vel saltim clamare alta voce post eum, quod si non fecerint te¹⁸]neantur ad medietatem dicte pene, prout distinguntur supra in quolibet¹⁹] malleficio predicto. Salvo quod, habito respectu ad paucitatem numeri ipsorum vi²⁰]cinorum et qualitatem facti, potestas seu rector Plac(entie) dictas penas possit,²¹] si sibi videbitur, mitigare. Et ad predicta pupili et vidue minime²²] teneantur. Que condemnaciones vicinarum pro medietate secundum patrimonia²³] et pro alia medietate secundum capita dividantur. Et predicta omnia et singula²⁴] locum habeant non obstantibus aliquibus statutis, provisionibus vel reformacionibus²⁵] hinc retro factis que in predictis vel circa ea decetereo non vendicent sibi²⁶] locum. Et ad predicta non teneantur dicte vicinie vel vicini quando minores²⁷] sedecim annis vel publici ribaldi vel publice meretrices se adinvicem²⁸] altercarent vel percuterent et quod quilibet qui fecerit aliquod dictorum mallefiorum²⁹] propter quod aliqua vicinia fuerit condemnata teneatur ad solvendum et resti³⁰]tuendum dicte vicinie totum illud quod propterea dicta vicinia occassione dicte condempna³¹]cionis aliquid solveret. Et quod rector civitatis Plac(entie), qui nunc est et pro t(em)poribus³²] erit, teneatur personaliter detinere dictum mallefactorem, donec restituerit³³] in peccunia numerata dicte vicinie totum illud quod dicta vicinia occassione dicte condemnacionis³⁴] solverit, cum expensis et dampno quod propterea dicta vicinia haberet vel substineret. ||^{66r} Et predictum statutum non vendicet sibi locum in homicidiis, percussionibus¹] et vulneracionibus factis et fiendis in plateis comunis, burgi et maioris ecclesie.²

^{eee} nel margine sinistro.

LXXXVII. Rubrica de penis massariorum et consulum non denunciancum homicidia et feritas³

de penis consulum non denunciantium homicidia^{fff}

VI. Nulli liceat vendere aliquid ad pondus vel mensuram, nisi ad mensuram¹ et pondera per comune Plac(entie) approbata, in pena centum sol(dorum) Plac(entinorum) qualibet² vice, qua pena condempnetur omnis revendor habens dictas mensuras vel pondera minus iustas et quilibet possit esse acussator⁴ et habeat medietatem pene.⁵

VII. Quelbet villa habeat unum sestarium adminus et unum stopellum⁶ bulatos bulla communis, qui sestarius et scopellus sint in custodia consulis⁷ illius ville ad hoc ut omnes ipsius ville et habentes facere in ea⁸ valeant eis uti, in pena quadraginta sol(dorum), cuius medietas sit⁹ acussantis, et hoc statutum faciat cridari quilibet potestas Plac(entie) se¹⁰ mel saltim in suo regimine in die mercati et eciam in ipso mercato.¹¹

VIII. Statuimus quod omne bladum et legumen et granum que decetere¹² mensurabuntur ex quavis causa mensurentur hoc modo, videlicet quod sestarius¹³ abradatur per totum desuper cum rasura vel canella usque ad ferum et spondas¹⁴ sestarii et pro benedictione detur unus scopellus pro qualibet sestario dictarum rerum.¹⁵ Salvo quod predicta non habeant locum in avena et aliis rebus que consueverunt¹⁶ mensurari ad sestarium culmum.¹⁷

VIII. Rubrica de vendentibus cupos et quadrellos et sabullum vel credam¹⁸
de furnaxariis^b

Vendentes sabulum vel credam teneantur mensurare culmum ad sesta¹⁹ rium communis ad quod venditur frumentum et portare sacos capaces unius²⁰ sestarii culmi pro qualibet, in pena viginti sol(dorum).²¹

X. Habeant et vendant fornaxarii civitatis et districtus Plac(entie) cupos et quadre²² illos et tavellas secundum modum consuetum et teneant seperatim cupos,²³ quarellos et tavellas cotas a biscotis et biscotos non tradat pro²⁴ cotis et qui contra predicta fecerint puniantur in quadraginta sol(dis) pro qualibet vice.²⁵

XI. Nulli liceat revendere nec emere causa revendendi cupos, quadrellos ||^{78r} vel tavellas novos, in pena decem librarum, quam si senis fecerit incurrat ipso facto,¹ et possit a qualibet acusari, cuius pene medietas sit acusantis et intelligatur² revendere si ipsos tenuerit alibi quam ad fornaces.³

^b nel margine sinistro.

XII. Rubrica de pena capiencium salvaticinas⁴

de capienciis salvaticinas^c

Statutum est antiquum quod nullus capiat perdicem vel leporem vel faxanos, per⁵|nivem vel ad tradimentum a duodecim miliariis citra versus civitatem, in pena ⁶| sexaginta sol(dorum), cuius medietas sit acussatoris. Et potestas teneatur hoc facere ⁷| cridari bis in suo regime.⁸

XIII. Rubrica de rebus prohybitis extra districtum Plac(entie) exportari⁹

de rebus prohibitis^d

Statutum est quod gala non possit extrahi vel exportari extra civitatem et districtum ¹⁰| Plac(entie) sine boleta communis Plac(entie), in pena decem librarum et in amissione ipsius ¹¹| galle et quilibet possit acusare et habeat medietatem pene.¹²

XIII. Ubi cumque prohybetur per statuta aliquid extra civitatem vel districtum Plac(entie) vehy ¹³| vel exportari sub certa pena volumus quod quilibet possit acussare et habeat ¹⁴| medietatem pene et rei amisse, nisi in statutis aliter caveatur.¹⁵

XV. Nulli liceat ducere seu duci vel vehy facere extra districtum Plac(entie) vic¹⁶|tualia, videlicet blada, legumina, vinum, carnes mortuas, boves, ¹⁷| porcos, oves, capras seu alia animalia, caseum nostranum, in pena viginti¹⁸|quinque librarum et amissionis rerum predictarum prohibitarum et animalium et carorum ¹⁹| portancium seu ducencium ipsas res et quilibet possit acussare. Quarum ²⁰| rerum et penarum medietas sit acusantis et alia medietas sit communis. ²¹| Salvo si predice res ducerentur ex alieno districtu ad civitatem Plac(entie) ²²| possint gabellis et doanis solutis extrahy de civitate Plac(entie) et distric²³|tu cum licencia et bolleta.^{||}^{78v}

XVI. Nullus ducat vel exportari faciat extra districtum Plac(entie) asongiam, ligna, carbo¹|nes, pennas, ramum vetus vel ramum laboratum, filum seu capicia, peles pilo²|sas excuvatas in civitate vel districtu Plac(entie), sub pena sexaginta sol(dorum) et amissi³|onis rerum.⁴

XVII. Statutum est quod qui ducet vel duci faciet extra districtum Plac(entie) res prohybitas ⁵| conde(m)pnetur in decem libris Plac(entinorum) et in amissione rerum prohibitarum et possit per que(m)libet ⁶| acusari, cuius pene medietas sit acusantis, nec possit dari licencia per ⁷| potestatem vel eius familiam seu alium officialem communis Plac(entie) de ipsis rebus ⁸| ut predictitur extrahendis nisi hoc procederet a consilio

^c nel margine sinistro.

^d nel margine sinistro.

generali. Et nichilo⁹ minus potestas et quilibet alius officialis qui contra fecerit puniatur in viginti¹⁰ quinque libris Plac(entinorum). Salvo quod si in ipsis rebus prohybitis alie pene sunt i(m)posite¹¹ per statuta communis Plac(entie), ipse pene tantum in casibus expressis vendicent sibi locum.¹²

XVIII. Rubrica de mulinariis et eorum fanticelis¹³
de molinariis^e

Quilibet mulinarius, fanticellus seu granarollus teneatur ire ad domum¹⁴ cuiuslibet requirentis pro aciendo blada ad macinandum et ipsa defere ad mo¹⁵lendum et macinare et facere et reddere bonam rationem et mensuram de fari¹⁶na secundum quod bladum fuerit sibi datum, sive ad pondus sive ad mensuram,¹⁷ quod si malam reddiderit rationem vel mensuram condempnetur qualibet vice in¹⁸ decem sol(dis). Et teneatur emendare domino bladi dampnum, de quibus credatur¹⁹ ipsi domino vel^f fanticelle vel illi qui tradidit granum ad macinandum sim²⁰plici verbo ipsorum vel alicuius eorum sine alio iuramento. § Eodem pena pu²¹niatur si requisitus recusaverit portare bladum ad molendum causa macinandi.²²

XVIII. Nullus mulinarius teneat vel habeat in molendinis vel domibus ubi²³ habitant stateras, pondera sextarium, minam vel quartarium, in pena viginti²⁴ sol(dorum) Plac(entinorum) et possit acusari a quolibet et accusator habeat medietatem banni.²⁵

XX. Potestas seu iudex victualium teneatur iurari facere mulinarios et²⁶ granarolos quod, postquam molas molendini picaverint, antequam macinent de²⁷ alieno grano, de suo purgabunt et preparabunt bene molas suas ||^{79r} pichatas. Alioquin, dictus potestas seu iudex aufere teneatur a quolibet¹ contrafaciente quinque sol(dos) pro qualibet vice.²

XXI. Nullus mulinarius audeat vel presumat tenere granum vel farinam ultra³ quartam diem postquam dictam blavam ad molendum portaverit causa maci⁴nandi et qui contrafecerit solvat pro banno quinque sol(dos) pro qualibet vice,⁵ nisi iuxto impedimento remanserit.⁶

XXII. Rubrica quod mulinarii habeant rastellum a capite superiori molendini⁷
de molinariis^g

Quilibet mulinarius civitatis Plac(entie) et suburbiorum habens molendum in⁸ ipsa civitate vel burgis teneatur et debeat habere in capite superiori ca⁹naliuum dicti molendini unum rastellum lignaminis qui protendat ab una¹⁰ ripa usque ad aliam ripam propter

^e nel margine sinistro.

^f segue v(e)l erroneamente iterato.

^g nel margine sinistro.

periculum personarum et propter multa^{11]} alia pericula, in pena viginti sol(dorum) Plac(entinorum) pro quolibet mulinario.^{12]}

XXIII. Rubrica nullus refaciat carum feni^{13]}

de feno^h

Nullus refaciat aliquem carum feni venalis, in pena decem sol(dorum) Plac(entinorum),^{14]} cuius medietas sit acussatoris.^{15]}

XXIII. Rubrica de barberiis^{16]}

*de barberiis*ⁱ

Quilibet barberius teneatur portare bacinum ad domum cuiuslibet pro rad^{17]}dere, non obstantibus aliquibus statutis seu preceptis factis vel fiendis^{18]} per ipsos barberios seu consules barberiorum, in pena quinque sol(dorum)^{19]} cuilibet barberio qualibet vice qua duxerit contrafaciendum.^{20]}

XXV. Rubrica de exigenda satisdacione a certis villis pro victualibus non exportandis^{21]} Statuimus et ordinamus quod potestas seu iudex ad victualia depu²²tatus teneatur infra mensem ab introytu sui regiminis co(m)pelere^{23]} et coram se facere venire consules Casellarum Padi cum duobus ||^{79v} vicinis Roncaroli, cum quatuor vicinis Sancti Nazarii, cum duobus vicinis¹ Monticellarum, Polegnani, Sancti Petri in Cerro, Sancti Martini in Olza,² Besenzoni, Mercuri, Curtis Maioris, Florenciole cum quatuor vicinis³ Seni, cum duobus vicinis Castrinovi de Seno, cum duobus vicinis Casal⁴bini, Vigoleni, Montis Piogii, Castri Sancti Iohannis, cum quatuor vicinis⁵ Montisdonici, Castriarquati, cum quatuor vicinis⁶ Pontis Albarolle, cum duobus vicinis Rippe, Carmiani, Fontane Predosse, Vicibaroni,⁷ Montalbi, Vicimarini, Ziliani, Saminati,^j Monticellarum versus⁸ Papiam supra Rivi, Burginovi, Corani, Nebiani, Caminate⁹ de Ruvino, Trogie, Sancti Ymenti, Calendaschi, Cotrebbe, Roto¹⁰fredi, Sarmati, Guardamilii, Fombii, Mezani, Caverzaghi,¹¹ Travani, Pelli, et ab eis et quolibet dictorum locorum exigere et facere¹² prestare ydoneam securitatem de prohybendo toto posse quod victualia et¹³ res prohybite non extrahantur vel exportentur extra districtum Plac(entine). Et quod¹⁴ denunciabunt infra terciam diem omnes exportantes et res exportatas¹⁵ in pena arbitrio potestatis. Salvo quod ad predicta non compellantur ille ville¹⁶ seu loca ex predictis que sunt inhabitatae qua(m)diu fuerint inhabitatae.¹⁷

^h nel margine sinistro.

ⁱ nel margine sinistro.

^j Saminati aggiunto nel soprallineo in corrispondenza di Sarmati depennato.

XXVI. Rubrica de licencia danda villis desubtus stratam de vino ducendo¹⁸
de licentia data villis conducedibus vinum^k

Potestas vel iudex victualium possit et debeat cuilibet civi seu¹⁹ districtuali civitatis et episcopatus Plac(entie) licenciam concedere vinum²⁰ conducendi ad villas positas desubtus stratam Romeam pro suo victu²¹ vel causa vendendi ad minutum cum penitus careant vino, prestita prius²² ydonea securitate quod dictum vinum taliter concessum non trahant nec²³ trahere intendunt extra districtum Plac(entie) et eciam de hoc prestito²⁴ sacramento. Et idem observetur in aliis civibus et districtualibus²⁵ civitatis et episcopatus Plac(entie) stantibus in villis a strata Romea supra,²⁶ servata dicta forma statuti.²⁷

XXVII. Rubrica de ducentibus bestias causa vendendi Plac(entiam) vel causa pasculandi²⁸
de ducentibus bestias causa vendendi^l

Quicumque duxerit bestias de districtu ad vendendum in civitate Plac(entie) ||^{80r} et eas non vendiderit, eas possit ducere et reducere ad domum eius seu villam¹ et locum ubi habitat impune, sine molestia aliqua vel bolleta.²

XXVIII. Siquis mercator vel aliqua alia persona duxerit vel duci fecerit ad³ civitatem Plac(entie) aliquas bestias, cuiuscumque condicionis sint, que non sint de civitate⁴ vel districtu Plac(entie), possit et debeat ipsas ducere extra civitatem Plac(entie) et⁵ districtum cum licencia et bolleta solvendo doanam vel gabellam debitam⁶ seu pedagia gabellatoribus.⁷

XXVIII. Liceat omnibus Pergamensibus et aliis personis, undecumque sint, qui venerint in⁸ episcopatu Plac(entie) causa pasculandi bestias et residenciam habendi sine aliquo⁹ impedimento finito pascuo cum bestiis exire de ipso episcopatu libere et ire¹⁰ ubicumque voluerit, habita licencia et bolleta et gabellam debitam persolvendo.¹¹

XXX. Rubrica de blado emendo et vendendo¹²
de bladis vendendis et emendis^m

Quicumque volens ducere blavam vel legum(ina) in civitate Plac(entie) de alieno distric¹³ tu possit predicta libere ducere et impune, non obstantibus aliquibus represaliis, gabellis seu dacitis, a quibus omnibus sit absolutus et predicta vendere¹⁵ teneatur et possit quandcumque voluerit in locis consuetis.¹⁶

^k nel margine sinistro.

^l nel margine sinistro.

^m nel margine sinistro.

XXXI. Nulli liceat emere bladum in civitate Plac(entie) vel episcopatu causa revendendi,
^{17|} in pena centum sol(dorum) et amitat bladum et quilibet possit acussare ^{18|} et habeat
 medietatem banni.¹⁹

XXXII. Potestas seu iudex viciualium possint inquirere et procedere contra eos qui sunt
^{20|} infamati et qui dicuntur revendorum bladum et qui dicuntur ducere bladum ^{21|} seu
 viciualia extra districtum Plac(entie) contra formam statutorum communis ^{22|} Plac(entie) et
 ipsis punire et condempnare secundum formam statutorum communis ^{23|} Plac(entie)
 sumarie et de plano, sine strepitu et figura iudicij.²⁴

de bestiis mortuisⁿ

XXXIII. Rubrica de bestiis mortuis non prohyciendis infra civitatem||^{80v}
 Nullus possit vel debeat excoriare vel excoriari facere aliquem equum ^{1|} vel equam,
 asinum vel asinam vel alias bestias vel prohycere eas in ^{2|} civitate seu in fossatis
 civitatis vel prope ipsa fossata per unam balistratam, ^{3|} in pena viginti sol(dorum) pro
 qualibet vice, et quilibet possit acussare et habeat ^{4|} medietatem banni et teneatur
 privatus.⁵

XXXIV. Rubrica de calderariis⁶

de calderariis^o

Liceat cuilibet calderario et cuicunque alii persone ire ad mercata tam civitatis ^{7|} quam
 districtus Plac(entie) quo cienscumque et quandocumque voluerit cum opere suo et
 uten^{8|}silibus de ramo et ea vendere cuilibet volenti emere in eis mercatis ^{9|} i(m)pune. Et
 quod omnia vasa magna et parva et vassella et opera rami fiant ^{10|} de ramo cum axelis et
 aliis necessariis excepto manico qui possit esse de ^{11|} ferro, ponderis convenientis vasello.
 Et quod signetur in manico quanti ^{12|} ponderis sit ipse manicus. Et hoc sub pena viginti
 sol(dorum) pro quolibet vase ^{13|} seu opere et teneatur potestas seu iudex viciualium
 inquirere et circare ^{14|} singulis mensibus si in predictis fuerit contrafactum. Et hec omnia
 fiant non obstan^{15|}te aliquo statuto ferariorum seu calderariorum vel alio predictis
 contrario.¹⁶

XXXV. Rubrica de penis revendorum¹⁷

de penis revendorum^p

Nemo ex revendoribus vadat vel mitat [...]am alicui deferenti alias ^{18|} res
 comedibilis causa vendendi nec ab eis per se vel alium emat tali modo, ^{19|} nec eciam
 ipsis revendoribus liceat in diebus mercati aliquid emere de ^{20|} predictis in ipso mercato
 vel alibi in civitate vel suburbis ante nonam, nec ad ^{21|} domos ipsorum revendorum

ⁿ nel margine sinistro.

^o nel margine sinistro.

^p nel margine sinistro.

aliquid facere de predictis portari ab ipsis ven²²|ditoribus, in pena viginti sol(dorum) et amitendi res emptas. Et quilibet possit²³| acussare et habeat medietatem banni et ipsarum rerum. Et cridetur hoc²⁴| statutum singulis mensibus in platea maioris ecclesie et in platea burgi.²⁵

de venditoribus candellis⁹

XXXVI. Rubrica de vendentibus candellas de sepo||^{81r}

Omnes vendentes candellas de sepo teneantur facere ipsas de sepo¹| bono sine asongia vel grasa porci bonas et legales et ad suffi²|cienciam, ita quod habeant stupulum de bambaxio novo et non possint³| acipere de libra ultra decem denarios, in pena et banno quinque sol(dorum) pro⁴| qualibet libra et amitendi candellas, et quilibet possit acusare et habeat⁵| medietatem banni. Et potestas seu iudex victualium faciant hoc sta⁶|tutum observari in pena et banno vigintiquinque librarum, quam penam⁷| incurat ipso facto si secus duxerit faciendum.⁸

XXXVII. Teneantur candelarii et facientes seu vendentes candellas de sepo⁹| continue tenere et habere ante stacionem vel domos eorum ex ipsis candellis¹⁰| de sepo videlicet decem libras per se, ita quod a singulis videri possint,¹¹| et in domo quindecim libras. Et si contrafecerint et non reperte fuerint¹²| in domo sua vel stacione condempnentur qualibet vice in viginti¹³| sol(dis) et in ammissione candelarum.¹⁴

XXXVIII. Rubrica nullus paraticus fiat de novo¹⁵

Nullus paraticus fiat de novo, quod si secus factum fuerit non vale¹⁶|at ipso iure, et hoc non habeat locum in laborantibus seu operantibus¹⁷| lanam seu lanificium.¹⁸

XXXIX. Rubrica de nundinis¹⁹

de nondinis^r

Nundine fiant singulis annis in principio mensis octubris in ca(m)po²⁰| ferie. Et potestas teneatur per unum mensem ante t(em)pus ipsarum²¹| nundinarum facere consilium generale de modo et forma faciendi²²| ipsas nundinas et secundum quod ipsi consilio placuerit procedatur.²³

XL. Rubrica possit quilibet libere et impune portare victualia ad quemlibet exercitum qui fieret per comune Plac(entie)||^{81v}

Quilibet possit libere et i(m)pune portare et portari facere et conducere¹| victualia, cuiuscumque condicionis sit, ad quemlibet exercitum qui fieret in distric²|tu vel extra

^q nel margine sinistro.

^r nel margine sinistro.

districtum Plac(entie) per comune Plac(entie) absque solucione alicuius ga³|belle seu dacii, ut in ipso exercitu maior habundancia victualium habeatur.⁴

XLI. Rubrica de furnariis⁵

de furnariis^s

Furnarii Plac(entie) non possint acipere pro coctura cuiuslibet starii panis⁶ ultra quinque denarios.⁷

XLII. Statutum est antiquum ad refrenandum fraudes que cotidie comituntur⁸ per furnarios circa officium eorum seu misterium quod quilibet furnarius⁹ civitatis Plac(entie) et districtus teneatur et debeat facere panem venalem¹⁰ bene coctum et sasonatum ad pensam que assignabitur eis per dominum¹¹ potestatem seu officialem ad hoc deputatum. Et si quis repertus fuerit¹² panem venalem minorem pondere unius quartarii, propterea non¹³ condempnetur. Et si minorem ponderis unius quartarii supra usque in¹⁴ medium unciam, solvat pro banno duodecim denarios pro quolibet pane;¹⁵ de minore dimidia uncia usque in unam unciam, duos soldos pro¹⁶ quolibet pane; de minore una uncia et ab inde supra usque in duabus¹⁷ unciiis, tres sol(dos) pro quolibet pane. § Et de minore duabus unciiis¹⁸ et ab inde supra, solvat pro banno quinque sol(dos) pro quolibet pane. Et predicta¹⁹ locum habeant eciam in pane de texera et in pane qui esset in pasta²⁰ super assidibus, in quibus casibus eciam amitant dictum panem. Salvo quod²¹ predicta non habeant locum nec possint condempnari si in una cocta pa²²nis que est trium sestiorum non inveniuntur ultra octo panes²³ in dictis ponderibus defectivi, nisi defectus esset pro quolibet²⁴ pane ultra unam unciam.||^{82r}

XLIII. Quilibet furnarius teneatur et debeat facere panem venalem ut dictum est¹ bene mundum et buratum et bene coctum in laude iudicis seu officialis ad² hoc deputati, sub pena trium sol(dorum) Plac(entinorum) pro qualibet cota et amissionis panis³ cocti tantum et hoc habeat locum si dicti panes male cocti sint ultra octo pro⁴ qualibet cocta. Alioquin minime condempnentur.⁵

XLIV. Teneatur quilibet furnarius civitatis et districtus Plac(entie) facere et coquere panem⁶ venalem de frumento prout ei preceptum fuerit seu preconizatum; et qui contrafece⁷ rit solvat pro banno decem sol(dos) qualibet vice, et nichilominus dictum panem⁸ facere et coquere teneatur nulla defensione obstante.⁹

XLV. Quilibet furnarius et furnaria teneatur ad requisicionem officialis ad hoc¹⁰ deputati hostendere et manifestare totum panem venalem quem habet in domo¹¹ et extra domum

^s nel margine sinistro.

et si quis vel si qua repertus fuerit habere in domo sua vel ¹²| alibi panem venalem ultra quem manifestaverit officiali, condempnetur ¹³| qualibet vice in decem sol(dis) Plac(entinorum) et in ammissione ipsius panis.¹⁴

XLVI. Officialis ad hoc deputatus teneatur ad minus bis in edomada ire ad ¹⁵| circandum et inquirendum furnarios facientes contra statuta communis Plac(entie), ¹⁶| in pena centum sol(dorum) ipsi officiali.¹⁷

XLVII. Approbamus et confirmamus statuta infrascripta super furnariis edita, quorum ¹⁸| tenor talis est: «In nomine Domini nostri Iesu Christi amen. Anno ab incarnatione ¹⁹| eiusdem millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, indictione prima. ²⁰| Dominus Manfredus Confanonerius potestas Plac(entie), volens publice providere ²¹| utilitati, quantitatatem paste sive masse gramolate quod de uno stario ²²| frumenti fieri potest et extimationem ponderis panis frumenti venalis ^{||82v} que fieri potest ex illa massa investigare diligenter curavit, super ¹| quo efficiendo virum providum et discretum dominum Octonem de Vilano ²| iudicem et assessorem suum et sex ydoneos et discretos et unum ³| consulem de paratico quolibet constituit atque proposuit, qui, mandatum ⁴| et voluntatem ipsius potestatis fideliter exequentes, et formam ⁵| capituli intuentes quo continetur quod circa panis facienda erat, facta ⁶| ipsa circa secundum formam ipsius capituli primo et secundo habitis con⁷sideracione et racione diminucionis sive cali quod fit de pasta cru⁸da ad panem coctum et lucri eciā quod furnarii dicunt se habere debere, ⁹| quod est duorum denariorum et dimidii pro quolibet stario, invenerunt quod ¹⁰| sestarius frumenti est et esse debet in pasta bene gramolata ponderis ¹¹| septuaginta octo librarum et dimidie.¹²

Item invenerunt quod pasta cruda diminuitur sive callat in coccione ¹³| septimum pondus.¹⁴ Primo si sestarius frumenti valuerit .XXXVI. denarios imperiales debet esse ¹⁵| numerata panis in pasta ponderis .XXVI. unz(iarum) et .III. denariorum pensi, quorum ¹⁶| denariorum pensi vigintiquatuor faciunt unam unciam et coctus debet ¹⁷| esse deducto sexto et dimidio .XXII. unz(iarum) et .III. denariorum et medium de pensso.¹⁸

Item si sestarius frumenti valuerit .XXXVII. denarios debet esse numerata ¹⁹| panis in pasta ponderis .XXV. unz(iarum) et .XI. denariorum de pensso et coctus .XXI. unz(iarum) et .XIII. denariorum.²¹

Item si sextarius frumenti valuerit .XXXVIII. denarios debet esse numerata ²²| panis in pasta ponderis .XXIII. unz(iarum) .XVIII. denariorum et coctus .XXI. unz(iarum)²³| minus medio denario.²⁴

Item si sestarius frumenti valuerit .XXXVIII. denarios debet esse numerata ^{||83r} panis in pasta ponderis .XXIII. unz(iarum) .III. denariorum minus tercia et coctus ¹| .XX. unz(iarum) .X. denariorum et medium.²

Item si sestarius frumenti valuerit .XL. denarios debet esse numerata panis in ³| pasta ponderis .XXIII. unz(iarum) et .XIII. denariorum et quinta et coctus .XX. unz(iarum)⁴| minus uno denario et quarta.⁵

Item si sestarius frumenti valuerit .XLI. denarios debet esse numerata panis ⁶| in pasta .XXII. unz(iarum) et .XXIII. denariorum et due quinte pensi et coctus .XVIII. ⁷| unz(iarum) et .XI. denariorum.⁸

Item si sestarius frumenti valuerit .XLII. denarios debet esse numerata panis ⁹| in pasta ponderis .XXII. unz(iarum) et .X. denariorum minus tercia et coctus .XVIII. ¹⁰| unz(iarum).¹¹

Item si sestarius frumenti valuerit .XLIII. denarios debet esse numerata panis ¹²| in pasta ponderis .XXI. unz(iarum) et .XXII. denariorum minus quarta et coctus .XVIII. ¹³| unz(iarum) et .XXI. denariorum minus quarta.¹⁴

Item si sestarius frumenti valuerit .XLIII. denarios debet esse numerata panis ¹⁵| in pasta ponderis .XXI. unz(iarum) et .X. denariorum minus quinta et coctus .XVIII. ¹⁶| unz(iarum) .III. denariorum minus quinta.¹⁷

Item si sestarius frumenti valuerit .XLV. denarios debet esse numerata panis ¹⁸| in pasta ponderis .XX. unz(iarum) et .XXII. denariorum et tercia et coctus ¹⁹| .XVII. unz(iarum) et .XVII. denariorum.²⁰

Item si sestarius frumenti valuerit .XLVI. denarios debet esse numerata panis in pasta ²¹| ponderis .XX. unz(iarum) .XI. denariorum et dimidii et coctus .XVII. unz(iarum) et .VIII. denariorum.²²

Item si sestarius frumenti valuerit .XLVII. denarios debet esse numerata panis ¹| in pasta ponderis .XX. unz(iarum) et unius denarii et coctus .XVII. unz(iarum) minus uno denario.²

Item si sestarius frumenti valuerit .XLVIII. denarios debet esse numerata panis ³| in pasta ponderis .XVIII. unz(iarum) et .XV. denariorum et coctus .XVI. unz(iarum) et .XIII. denariorum ⁴| et dimidii.⁵

Item si sestarius frumenti valuerit .XLVIII. denarios debet esse numerata panis ⁶| in pasta ponderis .XVIII. unz(iarum) et .V. denariorum et coctus .XVI. unz(iarum) et .VI. denariorum.

Item si sestarius frumenti valuerit .L. denarios debet esse numerata panis in ⁸| pasta ponderis .XVIII. unz(iarum) et .XX. denariorum et coctus .XV. unz(iarum) et .XXII. denariorum.⁹

Item si sestarius frumenti valuerit .LI. denarios debet esse numerata panis in ¹⁰| pasta ponderis .XVIII. unz(iarum) et .X. denariorum et coctus .XV. unz(iarum) et .XIII. denariorum.¹¹

Item si sestarius frumenti valuerit .LII. denarios debet esse numerata panis in ¹²| pasta ponderis .XVIII. unz(iarum) et .III. denariorum minus quarta et coctus .XV. ¹³| unz(iarum) et .X. denariorum.¹⁴

Item si sestarius frumenti valuerit .LIII. denarios debet esse numerata panis ¹⁵| in pasta ponderis .XVII. unz(iarum) .VIII. den(ariorum) et dimidium et coctus .XV. unz(iarum) et .I. denarii.¹⁶

Item si sestarius frumenti valuerit .LIII. denarios debet esse numerata panis in ¹⁷| pasta ponderis .XVII. unz(iarum) .VIII. denariorum et dimidium et coctus .XIII. unz(iarum) ¹⁸| et .XVII. denariorum.¹⁹

Item si sestarius frumenti valuerit .LV. denarios debet esse numerata panis in pasta ²⁰| ponderis .XVII. unz(iarum) .III. denariorum et coctus .XIII. unz(iarum) et medium.²¹

Item si sestarius frumenti valuerit .LVI. denarios debet esse numerata panis ¹| in pasta ponderis .XVI. unz(iarum) et .XX. denariorum minus tercia et coctus .XIII. ²| unz(iarum) .VI. denariorum.³

Item si sestarius frumenti valuerit .LVII. denarios debet esse numerata panis ⁴| in pasta ponderis .XVI. unz(iarum) et .XIII. denariorum minus tercia et coctus .XIII. unz(iarum).⁵

Item si sestarius frumenti valuerit .LVIII. denarios debet esse numerata panis ⁶| in pasta ponderis .XVI. unz(iarum) .III. denariorum et medium et coctus .XIII. unz(iarum) et .XVI. denariorum.⁷

Item si sestarius frumenti valuerit .LVIII. denarios debet esse numerata panis ⁸| in pasta ponderis .XV. unz(iarum) .XXIII. denariorum et una quinta et coctus .XIII. ⁹| unz(iarum) et dimidium.¹⁰

Item si sestarius frumenti valuerit .LX. denarios debet esse numerata panis ¹¹| in pasta ponderis .XV. unz(iarum) .VIII. denariorum minus quinta et coctus .XIII. unz(iarum)).¹²

XLVIII. Item approbamus statuta infrascripta, tenor quorum talis est: ¹³| «Item reperitur quod panis rosetus qui dicitur integratus debet esse maior ¹⁴| pane albo bene gramolato ut furnarii dixerunt». ¹⁵

XLVIII. Item repertum est per predictos furnarios quod panis frumenti de sedacio ¹⁶| debet esse maior quam panis integratus .III. unz(iarum).¹⁷

L. Item reperitur quod furnarii debent et possunt dare .XLVIII. panes de texera^t ¹⁸| pro quolibet sestario, quorum quilibet debet esse in pasta bene gramolata ¹⁹| ponderis .XVIII. unz(iarium) et coctus debet esse ponderis ²⁰| .XV. unz(iarum) et dimidium minus uno denario penssi.||^{84v}

LI. Item statuit et decrevit quod quilibet furnarius proprio sigillo, in quo sit ¹| nomen et pronomen ipsius furnarii, signet et sigillet singulos panes venales, ²| ita quod quilibet panis cuiuslibet furnarii possit cognosci a quo factus ³| fuerit. Et qui contra fecerit solvat comuni pro banno quinque sol(dos) et nichil⁴|ominus sigillet ut supra.⁵

LII. Item statutum est quod potestas teneatur concedere et concedat furna⁶|riis Plac(entie) et districtus illum callum quod furnarii habebant et soliti ⁷| erant habere pro callamento ante potestariam seu regimen domini Manfredi ⁸| Confanonerii, silicet sextam et dimidiad.⁹

^t segue de texera iterato all'inizio del rigo successivo.

LIII. Item statutum est quod rector sive potestas teneatur facere fieri circam de¹⁰ blava seu frumento secundum consuetum modum, et secundum quod invenerint exire¹¹ dictam blavam det et dare debeat penssum ipsis furnariis secundum¹² quod in statutis communis continetur et hoc infra duos menses ab introytu sui¹³ regiminis, si ei per dictos furnarios fuerit requisitum.¹⁴

LIV. Rubrica de pena afaytancium vinei in platea maioris ecclesie¹⁵
de afaytatione vini^u

Nullus possit vel debeat afaytare vinum aliquod vel facere afay¹⁶tari in platea maioris ecclesie seu in aliquo loco publico civitatis Plac(entie)¹⁷ in quo ducatur causa vendendi aliquo modo, in pena et banno afay¹⁸tatori viginti sol(dorum) Plac(entinorum) et in pena amissionis vini ilius cuius¹⁹ fuerit ipsum vinum, et quilibet possit acussare et habeat medietatem banni²⁰ et vini. Quod statutum teneatur potestas qualibet estate semel in mense in²¹ platea maioris ecclesie publice facere eridari in die mercati vini.²²

LV. Rubrica de inquisicione fienda contra facientes canavam casei et carnium salatarum||^{85r}

Potestas seu iudex viciualium posit et teneatur post quindecim dies¹ ab introytu sui regiminis inquirere contra que(m)libet personam difama² tam que faceret canavam de caseo et carnibus porcorum salatis et ab³ ea acipere bonam satsidacionem de non faciendo dictam canavam.⁴ Et si invenerit aliquem canavam de predictis facientem, debeat eum⁵ punire in decem libris et in amissione rerum. Et intelligatur que(m)libet⁶ ex predictis difamatis canavam facere in cuius domo vel alibi ad⁷ eius postulacionem reperiatur habere ultra quinque centenaria casei et⁸ ultra decem centenaria carnium salatarum.⁹

LVI. Rubrica de inquisicione fienda contra habentes bestias de lacte et de faciendo¹⁰ duci caseum in platea communis¹¹

de caseo et lacte^v

Ad hoc ut copia casei in civitate Plac(entie) habeatur, statuimus quod potestas¹² seu iudes ad hoc deputatus faciat diligentem inquisicionem omni anno¹³ et maxime de mense marci de omnibus et singulis, tam civibus¹⁴ vel districtualibus quam extraneis, undecumque sint, habentibus seu tenantibus¹⁵ in civitate Plac(entie) vel districtu oves ab uno trentenario supra¹⁶ et vachas a quinque vachis supra, que oves et vache sint a lacte,¹⁷ et ex quarum lacte fit caseus. Que inquisicio fiat hoc modo, vi¹⁸delicet quod iudex personaliter, oculata fide, inquirat et videat¹⁹ omnes predictos habentes et tenentes dictas bestias in civitate Plac(entie)²⁰ vel infra confinia omni modo quo melius et diligencius fieri²¹ poterit. Et quod mitat per consules omnium villarum et locorum di²²strictus

^u nel margine sinistro.

^v nel margine sinistro.

Plac(entie), ubi dicte bestie sunt vel esse seu pasculari^{23]} consueverunt, cum aliquibus ex vicinis ipsarum villarum et locorum,^{24]} prout de ipsis vicinis sibi videbitur, inspecta qualitate locorum,^{25]} et ab eis inquirat per sacramentum sub pena vigintiquinque librarum^{26]} et plus prout sibi videbitur de omnibus habentibus ipsas bestias et^{27]} quantitate et numero ipsarum et faciat scribi in actis per notarium^{28]} nomina habencium et tenencium ipsas bestias et numerum et^{29v} quantitatem ipsarum bestiarum et loca ubi sunt seu custodiuntur et tenentur. Quibus^{1]} factis, requirat seu requiri faciat omnes, tam cives vel districtuales quam^{2]} alios extraneos undecumque sint, habentes ipsas bestias a dicto numero supra quod^{3]} co(m)pareant personaliter coram eo et ipsos cogat omnibus remediis iuris per^{4]} sacramentum et sub certa pena, prout sibi videbitur, manifestare ipsas^{5]} bestias et numerum ipsarum et loca ubi tenentur et custodiuntur ipse be⁶stie, et nichilominus cogat quemlibet predictorum prestare ydoneam securitatem^{7]} de conducendo et consignando Plac(entie) coram ipso totum caseum eis impositum^{8]} vel imponendum iuxta numerum ipsarum bestiarum secundum taxacionem infrascriptam.^{9]} Que consignacio sic fiat, videlicet quod quilibet ipsum caseum duci seu vehy^{10]} faciat in plateam communis Plac(entie) t(em)poribus et quantitatibus infra ordinatis et^{11]} tassatis et eum presentet coram dicto iudice. Et ipsum caseum faciat^{12]} scribi dictus iudex vel officialis secundum quod consignabitur et scribatur^{13]} nomen consignantis et dies et quantitas casei consignati. Et tunc^{14]} iudex interoget consignantem si vult incontinenti illum caseum vendere^{15]} vel in domo aliqua gubernare. Et si dixerit velle vendere, vendat^{16]} cui velit servato modo infrascripto. Et si dicat se velle gubernare in^{17]} aliqua domo, scribatur domus et ille apud quem dictus caseus^{18]} gubernabitur et ipsius casei quantitas et qualitas, hoc videlicet^{19]} observando quod dictus caseus consignatus, sive sit gubernatus sive non^{20]} ut predicitur, non vendatur alicui sine consensu et sciencia iudicis^{21]} vel officialis ad hoc deputati. Et quod scribatur in actis ipsius iudicis^{22]} in uno libro ad hoc specialiter deputato nomen emptoris et ven²³ditoris et dies vendicionis et quantitas casei venditi. Qui^{24]} iudex possit et debeat de ipso caseo consignato et gubernato facere^{25]} presentari iuxta quantitatem que sibi videbitur et publice vendi^{26]} in platea communis, ad hoc ut eo indigentes emere possint absque aliqua^{27]} difficultate, statuentes eciam quod nullus civis vel districtualis^{28]} Plac(entie) audeat vel presumat aliquem, qui non sit de civitate vel districtu^{29r} Plac(entie), ex predictis habentibus seu custodientibus ipsas bestias in domo vel^{1]} cassina sua albergare, receptare vel tenere ultra quinque dies, nisi^{2]} viderit quod ipse habeat boletam sicut dedit securitatem predictam de dicto^{3]} caseo consignando, in pena vigintiquinque librarum cuilibet contra predicta tenenti^{4]} vel receptanti. Et ut predicta fiant absque fraude, volumus quod de predictis^{5]} inquisizione et numero bestiarum et nominibus habencium vel tenencium ipsas bestias^{6]} et impositione casei prelibati fiant duo libri, quorum unus sit penes^{7]} ipsum iudicem vel officiale et alius penes camararium communis Plac(entie).^{8]} Predicta omnia et singula teneatur potestas et quilibet iudex ad hoc deputatus^{9]} precise atendere et observare in pena et sub pena centum librarum potestati^{10]} et iudici vigintiquinque librarum Plac(entinorum) qualibet vice, quam incurat ipso fac¹¹to si predicta per eos seu que(m)libet eorum non fuerint observata. Et insuper¹² cridetur omni anno per civitatem et mercata civitatis Plac(entie) quod omnes predicti¹³ habentes dictas bestias co(m)pareant coram dicto officiali ad manifestandum¹⁴ dictas bestias et loca ubi tenentur et ad dandum dictam securitatem¹⁵

et quod nullus debeat eos albergare nisi dicta securitas detur ut¹⁶ superius continetur. Eo adiecto quod dicti consules et vicini nichil teneantur¹⁷ solvere notario pro dicta inquisizione vel dictis eorum. Et qui notarii non possint acipere pro¹⁸ dicta securitate et bolleta quam facient de securitate predicta ultra sex denarios¹⁹ pro qualibet securitate simul cum bolleta. Que tassacio, secundum quam²⁰ dictus caseus debet ut predicitur consignari, sit hoc modo, videlicet²¹ quod ex quolibet trentenario ovium de lacte et ex quarum lacte fit²² caseus teneatur quilibet habens dictas oves consignare et presentare coram²³ iudice victualium in platea communis unum centenarium boni et sani²⁴ casei quolibet mense, videlicet de mense aprilis, madii, iunii, de²⁵ mense vero iulii medium centenarium pro quolibet trentenario,²⁶ et de mense augusti medium centenarium pro quolibet trentenario et^{186v} predictum ordinem volumus observari in quolibet habente vachas de lacte.¹ Qui teneatur pro quibuslibet sex vachis de lacte consignare dictis men²sibus tantum caseum quantum diximus in quolibet trentenario ovium, quia³ sex vachas pro uno trentenario ovium in hoc casu reputamus. Et⁴ predicta obseruentur qua(m)diu in dictis mensibus dicte oves et vache⁵ fuerint in civitate Plac(entie) vel episcopatu. Quam consignacionem predicti⁶ facere teneantur predictis singulis mensibus in pena decem librarum Plac(entinorum)⁷ qualibet vice qua fuerit contrafactum. Et ad predicta nichilominus⁸ predicti omnes teneantur.⁹

LVII. Rubrica de officio salis¹⁰

de officio salis^w

Elligatur unus iudex forensis quilibet anno qui sit super gabela¹¹ sallis per comune Plac(entie) cum salario et familia competenti, prout¹² videbitur consilio generali. Et cuius officium duret tantum per annum.¹³ Et qui iuret in presencia potestatis sive rectoris suum officium lega¹⁴liter exercere et observare statuta et provissores facta et fienda¹⁵ circa gabellam salis. Et qui finito officio teneatur stare per octo¹⁶ dies ad sindicatum cuius sindicatores elligantur in consilio generali et¹⁷ sint tres, quorum unus sit iudex et alias notarius et alias lay¹⁸cus, et qui iudex moretur per se in una domo sibi per comune¹⁹ Placencie assignanda.²⁰

LVIII. Quociens fiet sal in Salso per comune Plac(entie) elligantur tres ma²¹sarii boni viri cives Plac(entie) scientes legere et scribere per ipsum²² comune, quorum officium duret per annum tantum cum salario competenti²³ eis et cuilibet eorum per comune Plac(entie) statuendo, qui iurent et^{187r} eciam satisdent de eorum officio fideliter exercendo, quorum unus stet in Salso¹ continue ad faciendum fieri salem et alia necessaria circa ipsum salem.² Et circa predicta faciat expensas de denariis quos recipiet de Salso de sale³ qui ubi vendetur villis et locis secundum ordinacionem communis Plac(entie) vel de peccunia⁴ que ad hoc deputabitur per ipsum comune, in quibus rebus fiendis dictus massarius⁵ procedat et faciat de consilio et consensu iudicis salis et aliorum⁶ sapientum ad hoc electorum per comune Plac(entie), de quibus infra fit mencio. Et⁷ alii duo massarii stent

^w nel margine sinistro.

in civitate Plac(entie) ad gabellam salis, qui recipient^{8|} salem qui mittetur a loco salli, et ipsum salem vendant in ipsa gabella^{9|} et pecuniam inde recipient et scribant per ordinem introitum et^{10|} exitum dicti salis, in qua gabella salis Plac(entie) sit et esse debeat unus^{11|} discus magnus orlatus, in quo quolibet die ponatur sal ex sale ga^{12|}belle usque in quantitatem que videbitur ipsis massariis salis seu illis^{13|} sapientibus qui prot(em)poribus erunt super gabella salis per mensuratores salis,^{14|} et hoc scribatur quolibet die per notarium qui ibi erit pro comuni in uno libro^{15|} ad hoc specialiter deputato. Et eciam in alio libro per se scribatur per ipsos^{16|} massarios seu per sapientes predictos. Et postmodum ex sale existente^{17|} super ipso disco detur et vendatur sal cuilibet emere volenti ad gro^{18|}ssum et ad minutum et scribatur per dictos masarios singulis diebus^{19|} pecunia que recipietur ex vendicione dicti salis. Et ut sciatur^{20|} racio salis existentis super ipso disco non ponatur nec vendatur^{21|} sal ibi donec venditus fuerit sal positus in dicto disco et sit^{22|} eciam in dieta gabella unus scrineus sive cassa firmus et^{23|} bene munitus cum tribus bonis clavaturis, una quarum clavium^{24|} stet penes camararium communis Plac(entie), alia penes iudicem salis et^{25|} alia penes dictos massarios, in quo scrineo vel cassa desuper^{||87v} sit una fessura per quam in dicto scrineo seu cassa posint in^{1|} dicto scrineo poni omnes denarii qui percipientur ex dicto sale. Insuper^{2|} elligantur per comune Plac(entie) tres boni viri qui sciant scribere^{3|} et legere, qui sint cum ipso iudice et massariis prelibatis ad^{4|} consulendum et dandum auxilium et favorem in omnibus que^{5|} fuerint fienda pro bono communis circa ipsum salem, tam in civitate^{6|} Plac(entie) quam in loco Salsi. Et qui teneantur una cum dicto iudice^{7|} quibuslibet duobus mensibus administrare ad locum Salsi expensis^{8|} communis ad videndum salinas, domos, puteos et quid agitur^{9|} per massarium existentem Salso, et ad videndum, examinandum^{10|} et levandum rationem massarii Salsi et ad omnia faciendum^{11|} et ordinandum circa sallem que fuerint necessaria et utilia.^{12|} Quorum sapientum officium duret per annum et quilibet eorum habeat^{13|} omni mense pro suo salario viginti sol(dos) a comuni et dicti sallarii^{14|}olucionem habeant in gabella salis. Dicti vero duo masarii Plac(entie)^{15|} existentes teneantur quolibet mense reddere rationem dictis^{16|} iudici salis et tribus sapientibus et camarario communis Plac(entie)^{17|} simul et coniunctim, tam de sale recepto quam de denariis inde habitis^{18|} et solutis, quam eciam de pecunia recepta pro condempnacione dicti^{19|} salis. Qua ratione reddita, pecunia que fuerit penes ipsos^{20|} massarios occassione dicti sallis traddatur et consignetur per ipsos ma^{21|}ssarios camarario prelibato, addicentes quod massarii dicti salis^{22|} non possint expendere vel solvere aliquod de pecunia habita de^{23|} dicto sale, nisi in hiis et circa ea que pertinent ad expedicionem^{24|} dicti salis et eius officii.^{25|}

LVIII. Nullus portet vel portari seu veyh faciat salem grossum^{1|} in civitatem Plac(entie) vel districtum absque licencia communis Plac(entie), in pena^{||88r} vigintiquinque librarum pro qualibet vice et amitendi ipsum salem et animalia^{1|} deferenzia ipsum salem.^{2|}

LX. Nemo presumat habere vel tenere salem grossum in civitate Plac(entie) vel^{3|} districtu absque licencia communis Plac(entie), in pena centum sol(dorum) si fuerit^{4|} sal

minus uno stopello. Et si fuerit plus uno stopello usque⁵ in unam minam in pena decem librarum et si fuerit ab inde supra⁶ in pena vigintiquinque librarum.⁷

LXI. Quiconque duxerit, portaverit seu portari vel deferi fecerit salem⁸ minutum per civitatem Plac(entie) vel districtum causa vendendi, et repertum⁹ fuerit vendere vel vendidisse salem, si fuerit minus duobus stopellis,¹⁰ condempnetur in sexaginta sol(dis) pro qualibet vice. Et si fuerit plus duobus¹¹ stopellis usque in uno quartario, conde(m)pnetur in centum sol(dis). Et si¹² fuerit ab inde supra, in decem libris. Eodem modo condempnentur omnes¹³ ementes dictum salem.¹⁴

LXII. Receptatores portancium salem grosum vel minutum contra statuta¹⁵ communis Plac(entie) conde(m)pnetur qualibet vice quilibet eorum in decem libris.¹⁶

LXIII. Si sal grosus vel minutus fuerit venditus contra statuta et or¹⁷ dinamenta communis edita super sale in aliqua villa vel loco districtus¹⁸ Plac(entie), conde(m)pnetur ipsa villa vel locus, si fuerit a centum focolariis¹⁹ supra, in vigintiquinque libris Plac(entinorum) et si fuerit a .L. focolariis supra usque²⁰ in centum, in decem libris. Et si fuerit a duodecim focolariis supra usque²¹ in .L., conde(m)pnetur in centum sol(dis). Et si fuerit a duodecim focolariis²² infra, in .XL. sol(dis), ad quam conde(m)pacionem teneantur nobiles habitantes²³ in dictis villis, sed ad ipsas pupilli et vidue minime teneantur. ||^{88v} Et predicte pene locum habeant si venditus fuerit in ipsis villis¹ unus sestarius salis vel ab inde supra. Et si fuerit venditus² ab uno sestario salis infra, conde(m)pnetur solummodo in medietate³ dictarum penarum.⁴

LXIV. Omnes mulieres que fecerint contra statuta communis edita super⁸ sale, si non solverint⁵ conde(m)paciones de eis factas infra secundum diem, fustigentur per⁶ civitatem et postea dimitantur.⁷

LXV. Quilibet possit acussare facientes contra statuta communis edita super⁸ sale. Et si conde(m)paciones, que ob hoc fient, fuerint decem librarum⁹ vel ab inde infra, habeat terciam partem accusator. Et si fuerint a decem¹⁰ libris supra, habeat solummodo quartam partem.¹¹

LXVI. Possit iudex ad officium gabelle salis deputatus cogere remediis¹² iuris omnes villas et loca districtus Plac(entie) dare securitatem¹³ civem Plac(entie) idoneum de acipiendo sale iuxta imposicionem¹⁴ eis i(m)positam vel imponendam, que securitates quolibet anno¹⁵renoventur. Et possit circa officium suum procedere contra facientes¹⁶ contra statuta et ordinamenta communis edita super salle per acussacionem,¹⁷ inquisicionem

vel denunciacionem summarie et de plano, absque figura et strepitu¹⁸ iudicii, diebus feriatis et non feriatis, cui iudicii potestas et quilibet¹⁹ officialis communis Plac(entie) teneantur dare auxilium, consilium et favorem,²⁰ quo ciens per eum fuerint requisiti ad dictum suum officium effectua²¹ liter exequendum. Et qui iudex salis possit afidare et absolvere²² a penis statutorum salis illos qui acussaverint et probaverint ||^{89r} legitime aliquem fecisse contra statuta edita super selle.¹

LXVII. Iudex ad officium gabelle salis teneatur observare statuta et refor²maciones factas et fiendas per comune Plac(entie) et maxime occasione³ salis, in pena vigintiquinque librarum, quam pro qualibet vice qua contra⁴ fecerit incurat ipso facto.⁵

LXVIII. Si aliquis massarius deputaretur per comune Plac(entie) ad vendendum salem⁶ in aliquo loco vel villa districtus Plac(entie), preter quam in loco Salsi, teneatur⁷ dictus massarius quolibet mense redere rationem sue administracionis⁸ massariis gabelle communis Plac(entie) deputatis.⁹

LXVIII. Ville que non habitantur propter sallem non conde(m)pnentur, si quando fuerint¹⁰ habitate imponatur eis sal secundum focolaria que habebunt. Et sique¹¹ conde(m)pnaciones facte sint vel fient de dictis villis eo t(em)pore quo non¹² erant vel non fuerint habitate, dicte conde(m)pnaciones sint casse et non¹³ valeant ipso iure, nec execucioni valeant demandari.¹⁴

LXX. Teneatur iudex gabelle sallis inquirere et cogere omnes singulares¹⁵ personas in districtu Plac(entie) habitantes, que non acipiunt salem cum villis¹⁶ et locis districtus Plac(entie) et que tenentur acipere salem a comuni,¹⁷ prestare idoneos fideiussores de dicto sale aciendo, tam pro se quam pro¹⁸ animalibus suis, secundum quod eis i(m)positum est vel imponetur.¹⁹

LXXI. Nullus impedit officium iudicis gabelle sallis seu nunciorum eius,²⁰ sive in circando salem prohybitam sive quovis modo, in pena ||^{89v} centum sol(dorum) pro qualibet vice qua fuerit probatum aliquem dictum offici¹um impedire.²

LXXII. Habeat iudex salis potestatem capiendi et detinendi in personis et³ rebus quemlibet hominem maiorem vigintiquinque annis qui sit de villa⁴ vel loco que non accepit salem vel que fecerit contra statuta salis.⁵

LXXXIII. Iudex gabelle salis neminem valeat condemnare, nisi primo^{6|} data sibi defenssione adminus octo dierum, quod si secus fecerit,^{7|} condemnacio non valeat ipso iure.⁸

LXXXIII. Nullus dicens salem ad civitatem Plac(entie), postquam sal fuerit in ipsa civitate,^{9|} audeat eum descaregare vel ponere in aliqua domo ipsius civitatis, nisi^{10|} in gabella salis vel nisi de licencia communis Plac(entie) seu officialium ad^{11|} hoc deputatorum, in pena decem librarum. Et qui talem albergaverit vel^{12|} receptaverit in civitate Plac(entie) condempnetur in centum sol(dis).¹³

LXXV. Cuilibet liceat capere et detinere et in forciam communis Plac(entie) ducere^{14|} omnes ducentes salem contra statuta et provissiones communis Plac(entie). Et^{15|} qui tales ceperit teneatur ipsos presentare in forcia potestatis et communis^{16|} Plac(entie) seu iudicis salis infra terciam diem, in pena centum sol(dorum).^{17|} Et nichilominus ad predicta teneatur.¹⁸

LXXVI. Omnes et singuli potestates et rectores et homines cuiuslibet loci seu^{19|} ville et ipsi loci et ville teneantur toto posse prestare auxilium ||^{90r} et favorem cuilibet volenti capere vel detinere quoslibet ducentes^{1|} seu vendentes vel ementes salem in districtu Plac(entie) contra statuta^{2|} et ordinamenta ipsius communis edita super sale, in pena ipsi ville seu^{3|} loco centum sol(dorum) et singulari persone viginti sol(dorum).⁴

LXXVII. In libro statutorum antiquorum communis Plac(entie) editorum super sale tale^{5|} statutum et reformacio quam approbamus reperitur: «Millesimo ducentesimo^{6|} septuagesimo quinto, indicione quarta, de mense februarii. Statutum est^{7|} et ordinatum per emendatores ordinatos de voluntate consilii generalis^{8|} Societatis mercatorum et paraticorum civitatis Plac(entie) omnes in concordia^{9|} et unanimiter quod reformacio facta t(em)pore domini Monaci de Mascaris^{10|}ris, olim capitanei Societatis mercatorum et paraticorum civitatis Placen(tie),^{11|} super societate et firmitate facta cum Ubertino Boto de Aledaxia et^{12|} Ansaldo eius nepote et Iacobo de Aghyno et Ianegallo fratre eiusdem^{13|} Iacobi per fratrem Guillielmum de Vicullo nomine communis Plac(entie) super^{14|} quadam venna salmore sive puteo invento per predictos in loco^{15|} Salsi Maioris vel pertinenciis ponatur in statutis communis Plac(entie)^{16|} et pro statuto ipsa reformacio habeatur et obseretur. Et capitaneus^{17|} et potestas precisse et sine tenore teneantur ipsam reforma^{18|}cionem poni facere in statutis Societatis prediche et in libro^{19|} statutorum communis Plac(entie) et ipsam reformatiōnem in omnibus et^{20|} per omnia observentur. Que reformacio scripta fuit per Reve^{21|}illum de Brevo notarium. Cuius reformatiōnis hic sub sequitur^{22|} scripta est: “.MCCLXXV., indicione quarta, die mercurii .XIII. .^{23|} mensis novembri. In generali consilio Societatis mercatorum et ||^{90v} paraticorum congregato sono campane vocibusque preconum in^{1|} palacio domini Monaci de Mascaris capitanei,

solito more, de ²] mandato ipsius coram consiliariis de dicto consilio, dictus ³] dominus capitaneus legi fecit reformatiōnem infrascriptam hodie ⁴] factam in consilio sapientum que talis est: ‘Cum Ubertinus ⁵] Boctus de Alexandria et Ansaldus eius nepos et Iacobus Aghyni ⁶] et Ianegallus eiusdem Iacobi frater de Salso eorum labore ⁷] et industria invenerunt quandam venam mure seu aque ⁸] saline super quadam pecia terre culte posite in territorio Salsi ⁹] Maioris, cui coheret: ab una flumen Ciregie, ab alia fossatum ¹⁰] sive sorbitorius factus per comune Plac(entie) occasione putei episcopi, ¹¹] ab alia via qua itur a Salso Maiori ad Brugnollam, ab ¹²] alia heredis condam Amirate, quam terram quiete et ¹³] sine molestia possidebant et possiderunt infrascripti Obertinus et ¹⁴] Botus eius frater et pater dicti Ansaldi et ipse Ansaldus ¹⁵] per viginti annos proximos preteritos et plures et ad dictam venam et terram ¹⁶] circonstante asociaverunt comune Plac(entie) seu fratrem Guillenum de ¹⁷] Viculo pro ipso comuni, et super eo et puteo super eis faciendo et ¹⁸] manutenendo fraternitatem et comunitatem cum dicto fratre Guill(iel)mo et ¹⁹] comuni et ipso comuni contraxerint et fecerunt et in convencione seu ²⁰] fraternitate predicta continetur quod comune Plac(entie) et homines infrascripti ad in²¹] vicem teneantur comuniter ab omni persona defendere et expedire ²²] perpetuo ad omnem utilitatem parium predictarum ac sapienter, vere ^{91r}] reformatum sit per consilium mercatorum et paraticorum et per consilium communis ¹] Plac(entie) quod ipse frater Guill(iel)mus pro comuni et ipsum comune capiat tenutam ²] et possessionem dicti putei super dicta vena facti nunc, omnium puteorum ³] et salinarum et morarum territorii et ipsam tenutam et possessionem manutenere ⁴] et defendere, salva societate predicta et iure hominum predictorum. Que ⁵] omnia specialiter per industria omnium predictorum comune predictum valde est me⁶] lioratum et magnam utilitatem consecutum et iterum domino concedente ex ⁷] similibus communis infrascripti homines multorum et magnatum et aliorum hominum ⁸] odium ceperunt nominum et iniuriam predictorum. Et qui vellent ⁹] quod omnes predicti predicta tractassent et cum eis fecissent que cum comuni ¹⁰] predicto fecerunt que si fecissent in leve dampnum et detrimentum ¹¹] communis predicti fuisset ac propter odium et invidiam predictam lites multe ¹²] a predictis eorum emullorum et invidiis ac eciam aliis ipsorum insti¹³]gacione inferantur eisdem et inde enormiter molestare, supli¹⁴]cant vobis domino capitaneo et sapientibus mercatorum et paraticorum ¹⁵] civitatis Plac(entie) quatenus hominibus vestris in facto predicto et fratribus et propter eorum ¹⁶] indemnitatem et vestram seu communis utilitatem conservandam et ¹⁷] in bonum exemplum ut ipsi et alii invitentur ad tractandum et ¹⁸] faciendum bonum et utilitatem communis Plac(entie) et specialiter similes ve¹⁹]nas inveniendum et taliter dignemini providere quod ipsi Obertus ²⁰] et heredes eorum secundum societatem et fraternitatem predictam et conven²¹]cionem possint possessionem et tenutam eorum patris quam habent ^{91v}] seu tenent seu cum comuni quiete manutenere et possidere et specialiter refor¹]mando per vestrum consilium quod ita perpetuo manuteneantur et defen²]dantur in eorum dicta parte putei infrascripti et terre predice, quemadmodum ³] comune Plac(entie) in sua parte, et maxime capitulo seu statuto in aliquo ⁴] non obstante et non obstantibus litibus infrascriptis pendentibus ad dictam comunione ⁵] factam cum comuni et fratre predicto quiete tenebant et possidebant predictam terram ⁶] super quibus dictus dominus capitaneus consilium requisivit. In cuius consilii sapien⁷]tum reformatio, facto partito per dominum capitaneum, placuit omnibus quod peticio ⁸] suprascripta admitatur in totum et

sit firma. Et si contigerit Obertum Botum⁹ et nepotem et Iacobum Aghynum et fratrem infrascriptis necesse habere pecuniam¹⁰ causa defendendi et manutenendi puteum quem invenerunt et de quo¹¹ habent pactum cum fratre Guill(iel)mo infrascripto, vel causa inveniendi alias venas pro¹² utilitate communis Plac(entie), et possint ius eorum obligare, dum tamen ius¹³ communis sit salvum, nec propter hoc iuri seu pacto communis possit in aliquo¹⁴ derogari”».¹⁵

Item statutum est et ordinatum antiquitus quod capitaneus teneatur in¹⁶fra duos menses ab introitu sui regiminis diligenter inquirere¹⁷ et curare pacta et convenciones facta per dominum fratrem Guill(iel)mum nomine communis¹⁸ et dictos Obertinum et socios firmiter integre observata per dictum Obertum¹⁹ et socios et eorum heredes. Et si invenerint quod fuerint integre observata,²⁰ procedatur contra eos ad penam ab eis auferendam in quantum poterit de iure²¹ secundum pacta et convenciones initas seu factas in instrumento dicte societatis²² et fraternitatis.||^{92r}

LXXVIII. Item reperitur in dicto libro statutorum statutum infrascriptum, quod aprobatum, cuius¹ forma talis est: «Item providerunt quod nulla persona seu universitas vel² collegium possit nec debeat in episcopatu Plac(entie) seu districtu fodere seu³ fodi facere aliquem puteum saline sive foveam, et quod potestas et capitaneus⁴ et eorum familie teneantur illud prohybere ne fiat toto eorum posse⁵ eciam de facto, nisi illud fieri faceret vel fiet per comune Plac(entie) vel de⁶ voluntate communis Plac(entie)».⁷

LXXVIII. Iudex salis una cum camarario communis et vicario potestatis teneantur⁸ singulis duobus mensibus examinare et videre diligenter mensuras⁹ salis qui venditur per comune Plac(entie) ad gabellam salis et si invenerint¹⁰ eas esse non rectas faciat eas retificari. Et nichilominus pu¹¹niantur utentes eis secundum iura et statuta communis Plac(entie).¹²

LXXX. Item reperitur in dicto libro statutorum statutum infrascriptum, quod aprobatum, cuius tenor talis est: «Item statuerunt et ordinaverunt quod capitaneus¹⁴ et iudex eius teneantur precisse et sine tenore infra duos¹⁵ menses ab introitu sui regiminis circare et inquirere illos¹⁶ qui detinent et tenent et tenuerint puteos seu fontes salmarum¹⁷ de Salso, de Castello, de Montarzollo Valis Trevie, et co(m)pellere et¹⁸ constringere illos quos invenerint tenere et tenuisse a .XXX. annis¹⁹ citra ad solvendum comuni Plac(entie) fictum seu redditum seu censum; ad²⁰ predictam prestacionem compellantur prout in dicto registro continetur et presens ||^{92v} statutum sit trunchum et precissum in qualibet parte sui. Actum .M¹|CCLXXVIII.»²

non est in volumine statutorum communis^x

LXXXI. Imposicio salis nobilium morancium in districtu Plac(entie) scribitur ^{3|} in uno libro per se qui stet penes iudicem gabelle salis.⁴

LXXXII. Rubrica de lignis fiendis et vendendis⁵

de lignis vendendis^y

Quilibet possit incidere ligna in districtu Plac(entie) causa vendendi et vendere et ^{6|} facere fassos lignorum ad suam voluntatem, dummodo ligna ^{7|} que vendentur sint longitudinis quatuor brachiorum et dimidii ^{8|} adminus, et qui contrafecerit condempnetur pro quolibet fasso lignorum ^{9|} in sex denariis. Et quilibet possit ducere et vendere carbonos ad ^{10|} suam voluntatem.¹¹

LXXXIII. Rubrica de sapientibus eligendis per iudicem victualium¹²

Iudex victualium elligat de consilio bonorum virorum, quociens ^{13|} opus fuerit, sex bonos viros civitatis Plac(entie), unum videlicet pro ^{14|} qualibet porta, qui una cum dicto iudice examinent et inquirant ^{15|} et ordinent et scribi faciant quicquid eis videbitur expedire circa ^{16|} ipsa victualia, tam in constituendo precium victualibus et artibus et rebus, prout ^{17|} eis videbitur, quam in aliis que pro meliori secundum diversitatem t(em)porum fuerint opportuna. ^{18|} *Hic debent esse duo statuta^z quod sic incipit: «Prius statuimus quod iudex».*^{aa||93r}

LXXXIV. Rubrica de iurisdicione iudicis victualium¹

de iurisdicione victualium^{bb}

Potestas seu iudex victualium possit cognoscere et terminare contrafacentes ^{2|} contra statuta et provissiones communis Plac(entie) super victualibus per denunciacionem ^{3|} vel accusacionem vel inquisitionem sumarie et de plano, sine figura ^{4|} et strepitu iudicii, quocumque t(em)pore feriato et non feriato.⁵

LXXXV. Potestas et iudex victualium et quilibet eorum teneantur observare et facere ^{6|} inviolabiliter observari omnia statuta et provissiones communis Plac(entie) factas ^{7|} et fiendas super victualibus, quod si non fecerint vel predicta obmiserint conde(m)p^{8|}natus sit potestas ipso facto pro qualibet vice in centum libris Plac(entinorum) et ^{9|} iudex in .XXV. libris Plac(entinorum) pro qualibet vice.¹⁰

^x nel margine sinistro.

^y nel margine sinistro.

^z duo statuta aggiunto nel soprallneo in corrispondenza di aliud statutu(m) depennato.

^{aa} hic - iudex aggiunto nel margine inferiore.

^{bb} nel margine sinistro.

LXXXVI. Rubrica de becariis¹¹

*Hoc debet esse quoddam statutum quod incipit: «Omnes vendentes vinum»^{cc}
de becariis^{dd}*

Quiconque becarius seu macellator in becaria vendiderit carnes¹² porcarum feminarum pro masculis vel carnes multonis vel ovis pro castrato¹³ seu carnes gramignosas vel morbosas condempnetur qualibet vice in¹⁴ sexaginta sol(dis) et amissione ipsarum carniū et a quolibet valeat acussari¹⁵ et acussator habeat medietatem banni. Et ut castrati facilius cognoscendi possint, teneantur sub dicta pena becarii dimitere in becaria testiculos ad carnes multonis. Et insuper cogantur omnes et¹⁸ singuli becarii et vendentes carnes singulis sex mensibus per officiale¹⁹ super victualibus deputatum iurare predicta omnia atendere et observare.||^{93v}

LXXXVII. Aliqui becarii non teneant carnes porchorum masculorum cum carnibus¹ porcharum feminarum super uno banco, nec carnes porcarum castratarum in² uno bancho cum carnibus porcarum non castratarum, nec super eodem bancho³ teneatur ultra duas carnes seu ultra duo genera carniū. Et si⁴ habuerint carnes per boconos vendant ipsas tanquam carnes pecudinas.⁵ Salvo quod hoc non intelligatur in carnibus porcinis vel bovinis. Et si quis⁶ contra predicta vel aliquod predictorum fecerit, puniatur pro qualibet vice in viginti⁷ sol(dis) Plac(entinorum) et quilibet possit acussare et habeat medietatem banni.⁸

LXXXVIII. Teneantur becarii vendere omnes carnes ad pondus fiendum per⁹ balancias et non per pesarolum et habeant libras de fero bulatas¹⁰ bulla communis Plac(entie). Et in qualibet libra sit unus annulus fereus.¹¹ Et si pondus fuerit duarum librarum, sint ibi duo annuli ferei, et¹² si trium librarum, sint tres annuli ferei, et sit ultra per ordinem ascensendo usque in quindecim libras, in pena viginti sol(dorum) Plac(entinorum) cuiilibet becario¹⁴ pro qualibet vice qua fuerit contrafactum.¹⁵

LXXXVIII. Potestas et iudex victualium teneantur bis in anno convocare et habere¹⁶ duos sapientes pro qualibet porta, videlicet post Pascha Resurecionis¹⁷ Domini ante lapsum quindecim dierum, qui examinent probacione facta et¹⁸ calmerio per eos secundum quod debent vendi carnes per becarios pro qua¹⁹ libet libra a festo Resurecionis Domini usque ad festum Sancti Michaelis,²⁰ item convocare et habere totidem sapientes pro qualibet porta post²¹ festum Sancti Michaelis ante lapsum quindecim dierum, qui examinent,²² facta probacione de calmo per eos, qualiter debeant vendi carnes¹ et quo precio pro qualibet libra per becarios a dicto festo Sancti Michaelis² usque ad introytum Quadragesime. Et secundum quod dicti sapientes ordinaverint, dicti becarii teneantur vendere ipsas carnes ad pondus, in⁴ pena in statutis communis Plac(entie) comprehenssa.

^{cc} hoc - vinum aggiunto nel margine sinistro.

^{dd} nel margine sinistro.

Et facta dicta examinacione⁵ et taxacione tunc hoc statutum preconizetur per civitatem Plac(entie) ad hoc ut⁶ nullus valeat ignorare. Eodem modo fiat convocacio et examinacio⁷ et probacio per dictos sapientes et tassacio et dictis t(em)poribus super sta⁸tuendo precio caseo maschierpis, lardo et carnibus salatis et hoc⁹ eciam eodem modo preconizetur.¹⁰

LXXX. Rubrica de prohybita liga et ordinacione vendencium et faciencium artes¹¹
de artibus^{ee}

Nulli paratici, consules, societas, colegia, universitates vel singu¹²lares persone audeant facere manipolum vel ligam vel ordinacionem¹³ vel statutum seu provisionem vel preceptum de aliquibus rebus certo¹⁴ precio vendendis vel emendis vel non emendis vel non vendendis, locandis¹⁵ vel non locandis, conducendis vel non conducendis, laborandis vel¹⁶ non laborandis, seu certo modo vel forma fiendis vel non fiendis.¹⁷ Sed cuilibet sit licitum et possit quilibet libere emere, vendere et¹⁸ contrahere, operari et facere prout et sicut voluerit, predictis non ob¹⁹stantibus. Penam quinquaginta librarum Plac(entinorum) paratici, sociates, collegia²⁰ vel universitates, vigintquinque librarum singulares persone ipso facto²¹ incurant, si senis duxerint faciendum vel aliqualiter ordinandum ||^{94v} seu inpediendum. Et quilibet ad acusacionem et denunciacionem predictorum¹ admittatur et habeat medietatem dicte pene. Et nichilominus quicquid actum² fuerit per eos contra predicta sit cassum et iritum ipso iure.³

LXXXI. Statutum est quod aliquis paraticus non possit nec debeat se coniungere⁴ vel ligam seu societatem facere cum alio seu aliis paraticis cum iura⁵mento, et si contrafecerit condempnetur quilibet paraticus in centum⁶ libris Plac(entinorum) et quilibet consul dictorum paraticorum in decem libris, et quicquid⁷ factum fuerit super hoc sit cassum et iritum ipso iure et nullius⁸ momenti et quilibet posit esse accusator et habeat medietatem banni.⁹

LXXXII. Rubrica de piscatoribus¹⁰
de piscatoribus^{ff}

Nullus emat pisces in civitate Plac(entie) vel districtu non salatos¹¹ causa revendendi, in pena centum sol(dorum), et nichilominus pisces¹² amitat et quilibet possit acussare et habeat medietatem dicte pene,¹³ quam incurat qui vendiderit pisces alicui revendori ipsorum¹⁴ pisum.¹⁵

^{ee} nel margine sinistro.

^{ff} nel margine sinistro.

LXXXIII. Nemo civis vel extraneus audeat vendere aliquos pisces¹⁶ recentes vel salatos in civitate Plac(entie) vel suburbii, nisi in platea¹⁷ communis Plac(entie), in pena centum sol(dorum) et amissionis ipsorum piscium, et quilibet¹⁸ possit acussare et detur ei medietas.¹⁹||^{5r}

LXXXIV. Quilibet pescator teneatur omnes pisces et gambaros quos¹ cepit in civitate vel districtu ipsos vendere in platea communis Plac(entie)² infra terciam diem, in pena centum sol(dorum), et possit a quilibet³ acussari, cuius pene medietas sit acusantis.⁴

LXXXV. Pischatores pises quos ceperint in civitate Plac(entie) vel districtu non⁵ teneant in aliquo rivo vel vivario vel in vase ubi sit aqua, in⁶ pena viginti sol(dorum) et amitendi ipsos pisces.⁷

LXXXVI. Nullus pescator, civis vel non civis Plac(entie), vendens pisces re⁸centes stet sub aliquo tecto in pena viginti sol(dorum) et amitendi⁹ pisces.¹⁰

LXXXVII. Nullus audeat vel presumat pescare in vivariis seu fossatis ali¹¹quorum invitis vel insciis hiis qui possident dicta fossata vel vivaria,¹² in pena centum soldorum Plac(entinorum), et quilibet possit accusare et habeat medietatem banni, et nichilominus contrafaciens teneatur emendare da(m)p¹⁴num possessori, de quo dampno credatur ipsi possessori usque in decem¹⁵ sol(dos) probanti ipsam pescacionem contra predicta esse factam.¹⁶

LXXXVIII. Nullus civis vel forenssis vendat in platea pisces vivos cum¹⁷ mortuis nec in eisdem conchis vel vasellis teneat simul dictos¹⁸ pisces, in pena decem sol(dorum) Plac(entinorum) pro quilibet vice et amitata pisces mortuos.¹⁹||^{5v}

LXXXVIII. Nullus forensis vendat pisces placentinos pro piscibus forenssibus,¹ in pena vigintiquinque librarum et in ammissione piscium.²

C. Teneantur pescatores, tam cives quam forensses, vendere pisces³ ad pondus cum ballanciis et ponderibus iustis iusta tassacionem⁴ eis dactam vel dandam, in pena viginti sol(dorum) et amissionis piscium contra⁵ predicta venditorum, et quilibet possit acussare et habeat medietatem dicte pene.⁶

CI. Teneantur piscatores incidere caudas omnibus piscibus excedentibus⁷ pondus unius libre ita quod sanguis exinde exeat, in pena duo⁸ decim denariorum pro quolibet pisce^{gg} non inciso et non audeant removere⁹ de platea pisces quos portaverint causa vendendi, in pena viginti¹⁰ sol(dorum) pro qualibet vice et amissionis piscium.¹¹

CII. Omnes deferentes pisces recentes ex alieno districtu vendant¹² pisces ad pondus cum balanciis. Sed ultra tassacionem factam vel¹³ fiendam piscatoribus Plac(entie) possint acipere unum denarium pro qualibet¹⁴ libra ultra id quod acipiunt piscatores Plac(entie) et non teneantur¹⁵ incidere caudas.¹⁶

CIII. Quicumque non observaverit statuta facta circa tassaciones vendicionum¹⁷ piscium et circa ipsos pisces puniatur in viginti sol(dis) qualibet vice,¹⁸ salvis penis in aliis statutis expressis circa predicta.^{||}^{96r}

CIV. Rubrica de limitacione facta per t(em)pora de piscibus vendendis¹
de piscatoribus^{hh}

Volentes limitare ordinem quo per t(em)pora diversa tocius anni² pisces in civitate Plac(entie) vendantur, statuimus quod per totum t(em)pus Quadra³ gesime omnes et singuli piscatores et quelibet alia persona volens⁴ vendere pisces in civitate Plac(entie) non salatos vendant ad plus⁵ modis et preciis infrascriptis, videlicet:⁶

Omnis lucios de duabus libris et a duabus libris supra: decem denariis⁷

Et ab inde infra pro qualibet libra: octo denariis⁸

Item omnes tenchas de duabus libris et ab inde supra pro qualibet libra: octo denariis et medio⁹

Et ab inde infra: sex denariis et medio¹⁰

Item omnes cavedanos, barbiolos et agolatos de duabus libris et ab inde supra: sex denariis et medio¹¹

Et ab inde infra: quinque denariis¹²

Item carpanas de duabus libris et ab inde supra pro qualibet libra: quinque denariis et medio¹³

Et ab inde infra: quatuor denariis¹⁴

Item anguilas de duabus libris et ab inde supra pro qualibet libra: uno sol(do)¹⁵

Et ab inde infra: novem denariis¹⁶

Item strigios et sevetas pro qualibet libra: quatuor denariis¹⁷

Item strigios a vino pro qualibet libra: duobus denariis¹⁸

Item sturionos et truytas pro qualibet libra: uno sol(do), duobus denariis¹⁹

Item chipias de duabus libris et ab inde supra pro qualibet libra: novem denariis²⁰

Et ab inde infra: sex denariis²¹

^{gg} segue pisce erroneamente iterato.

^{hh} nel margine sinistro.

Item sgardavas pro qualibet libra: tribus denariis et medio²²

Item pisces minutos, botulos, varonos, goxengulas que appellantur ||^{96v} musete sine gambaris pro qualibet libra: sex denariis¹

Item lampredas pro qualibet libra: duobus sol(dis), sex denariis²

Item temaros pro qualibet libra: uno sol(do), tribus denariis³

Item gambaros grossos pro quolibet centenario: undecim denariis⁴

Et mediocres pro quolibet centenario: septem denariis⁵

Et parvulos pro quolibet centenario: tribus denariis⁶

Et quod examinacio et differencia et cognicio ipsorum gambarorum sit et ⁷| esse debeat in arbitrio illius officialis qui super hoc fuerit deputatus ⁸| vel iudicis victualium.⁹

CV. A festo vero Pasche Resurecionis Domini usque ad festum sancti Micha¹⁰|elis vendantur pisces in civitate Plac(entie) modo et tassacione infrascripto, videlicet ¹¹| et non ultra:¹²

Omnis lucii de duabus libris et ab inde supra pro qualibet libra ¹³| possint vendi, si fuerint de duabus libris et ab inde supra, octo denariis¹⁴

Et si fuerint a duabus libris infra, pro qualibet libra sex denariis¹⁵

Item omnes tenche de duabus libris et ab inde supra, pro qualibet libra septem denariis¹⁶

Et si fuerint ab inde infra, quatuor denariis¹⁷

Item cavedam, barbioli et agolati de duabus libris et ab inde supra, pro qualibet libra sex denariis¹⁸

Et ab inde infra pro qualibet libra, quatuor denariis¹⁹

Item carpane de duabus libris et ab inde supra pro qualibet libra, quinque denariis||^{97r}

Et ab inde infra, pro libra tribus denariis¹

Item anguille de duabus libris et ab inde supra, pro libra decem denariis²

Et ab inde infra, pro libra sex denariis³

Item strigioni et cavezali et sevete parve pro libra tribus denariis⁴

Item sevete de spana et pluri pro libra quatuor denariis⁵

Item strigii a vino pro libra duobus denariis⁶

Item sturioni et truyte pro qualibet libra uno sol(do)⁷

Item chipie de duabus libris et ab inde supra pro qualibet libra octo denariis⁸

Et ab inde infra sex denariis⁹

Item sguardave pro libra tres denariis¹⁰

Item pisces minuti, scilicet botuli, varoni et gosengule que ¹¹| appellantur musete sine gambaris pro qualibet libra quinque denariis¹²

Item lamprede pro qualibet libra duobus sol(dis)¹³

Item temari pro libra uno sol(do)¹⁴

Item gambari grossi pro centenario decem denariis¹⁵

Mediocres pro centenario sex denariis¹⁶

Et parvi pro centenario tribus denariis¹⁷

CVI. A festo vero sancti Michaelis usque ad introytum Quadragesime possint vendi pisces uno¹⁸ denario plus pro qualibet libra quam vendantur vel vendi possint t(em)pore¹⁹ supradicto, videlicet t(em)pore quo dicitur a festo Pasche Resurecionis Domini usque ad festum Sancti Michaelis. Salvo quod omnes²⁰ pisces qui ducentur ex alieno districtu possint vendi plus uno denario pro qualibet libra²¹ ultra omnes tassaciones predictas, prout in alio statuto continetur, et non incidatur cauda ipsis²² piscibus qui ducentur de alieno districtu.||^{97v}

In nomine Domini Amen.¹

Provissiones facte per comune Plac(entie) super infrascriptis artibus.²

Rubrica de meta data becarii³

de becaritisⁱⁱ

In primis provisum est quod omnes et singuli becarii et quecunque alie persone vendentes seu⁴ vendere volentes carnes recentes teneantur et debeant vendere ipsas carnes recentes⁵ ad pensum seu ad libram modis infrascriptis, videlicet:⁶

Carnes de castrato pro qualibet libra .V. denariis et medio⁷

Carnes ovinas pro qualibet libra .III. denariis⁸

Carnes de capra vel bicho pro qualibet libra .III. denariis⁹

Carnes de porco masculo pro qualibet libra .III. denariis¹⁰

Carnes de porca castrata pro qualibet libra .III. denariis et medio¹¹

Carnes de porca non castrata pro qualibet libra .III. denariis¹²

Carnes de victulo de lacte et de manzo de dente pro qualibet libra .III. denariis et medio¹³

Carnes de bove seu vacha pro qualibet libra .III. denariis¹⁴

Carnes de agnella de dente pro qualibet libra .III. denariis¹⁵

Carnes de buina de dente pro qualibet libra .III. denariis et medio¹⁶

Carnes de agnello de lacte pro qualibet libra .III. denariis¹⁷

Carnes de capredo de lacte pro qualibet libra .III. denariis¹⁸

Carnes de montono pro qualibet libra .III. denariis¹⁹

Libram sepi seu grasse ex quibus fuerit candelle de sepo .VI. denariis²⁰

Et ultra predictas tasaciones nullo modo possint acipere in pena in statutis communis contenta.²¹

Rubrica de ferariis²²

de ferariis^{jj}

Item provisum est quod omnes ferarii qui ferant equos, boves, mullas et asinas non possint²³ nec debeant acipere de infrascriptis ultra quantitates infrascriptas.²⁴

Videlicet de quolibet fero novo cum clavis et impositura cuilibet equo de duabus sellis ||^{98r} de armis et cuilibet destrario ultra .X. denarios.¹

ⁱⁱ nel margine sinistro.

^{jj} nel margine sinistro.

Item de quolibet fero novo cum clavis et impositura cuilibet ronzino vel ronzine, mullo seu² mulle, assino magno seu asine magne ultra .VIII. denarios.³

Item de quolibet fero novo clavis et impositura cuilibet asino parvo ultra .VI. denarios.⁴

Item de remitendo aliquod ferum cum clavis alicui destrario sive equo de armis et cuilibet⁵ alii equo vel eque, mullo vel mulle, ronzino vel ronzine, asino magno vel asine magne⁶ ultra .III. denarios.⁷

Item de remitendo aliquod ferum cum clavis alicui asino parvo ultra .II. denarios.⁸

Item de feratura boum seu vacharum in aliquo pede cum duabus piotis novis et cum⁹ clavis .XII. denarios.¹⁰

Et cum una piota tantum et cum clavis ultra .VI. denarios.¹¹

Item de remitendo alicui bovi seu vache in aliquo pede cum duabus piotis cum clavis¹² ultra .III. denarios.¹³

Et cum una piota tantum et cum clavis ultra .II. denarios.¹⁴

Rubrica de ferariis grosis¹⁵

de ferariis grosis^{kk}

Item provisum est quod ferarii grossi facientes fera grossa non possint acipere de infrascriptis ultra¹⁶ quantitates infrascriptas.¹⁷

Videlicet de fermentis de rotis de caro et de fenestris et de cancaris et de mapis et¹⁸ de dobionibus et de catenaciis et de massaricio feri a cochina et de acutis pro libra ultra .VIII. denarios.¹⁹

Item de masa cum azali ad eam oportuno pro libra .XI. denarios.²⁰

Rubrica de sartoribus²¹

de sartoribus^{ll}

Item provisum est quod sartores de drapis non possint acipere de taliando et cusiendo²² infrascripta ultra infrascriptas quantitates.²³

Videlicet de aliquo gonello drapi integri sive schieti sive de collore seu de medie²⁴ tate ab homine cum suo repo sartoris albo et endego et cum factura pomellorum de drapo²⁵ ad capicum et ad manicas ultra .III. sol(dos) et .VI. denarios.²⁶

Et sine pomellorum factura de ipso gonello ultra .II. solidos et .VI. denarios.||^{98v}

Item de aliquo guarnazono drapi integri sive schieti sive de collore seu de medietate¹ ab homine inforato de pelle cum suo repo sartoris albo et endego et cum factura pomellorum² de drapo ad capicum ultra .III. sol(dos) et .VI. denarios.³

Et si de cendali fuerit inforatus ipse guarnaçonus ultra .III. sol(dos).⁴

Et si fuerit sine fora seu difforatus ipse guarnazonus ultra .II. sol(dos) et .VI. denarios.⁵

Item de aliquo mantello, sive tabaro, sive gamera drapi integri sive schieti sive de collore⁶ sive de medietate ab homine inforato de pelle cum suo repo sartoris albo et endego⁷ ultra .III. sol(dos).⁸

^{kk} nel margine sinistro.

^{ll} nel margine sinistro.

Et si de cendali fuerit inforatus ipse mantelus sive tabarus seu gamera⁹ ultra .III. sol(dos) .VI. denarios.¹⁰

Et si fuerit sine fora seu difforatus ipse mantellus sive tabarus seu gamera¹¹ ultra .II. sol(dos) et .VI. denarios.¹²

Item de remitendo manicas in aliquo gonello drapi integri sive schieti sive de colore seu¹³ de medietate ab homine cum suo repo sartoris albo et endego et cum factura pomellarum de dra¹⁴ ppo ad manicas illas ultra .I. sol(dum).¹⁵

Et sine factura pomellarum ad ipsas manicas ultra .X. denarios.¹⁶

Item de duabus caligis novis ab homine cum suo repo sartoris albo et endego¹⁷ ultra .III. denarios.¹⁸

Item de repedulatura dictarum caligarum ab homine cum suo repo sartoris ultra .II. denarios.¹⁹

Item de aliquo guarnimento de bixeto vel de albaxio ab homine cum suo repo sartoris albo et en²⁰dego ultra .II. sol(dos).²¹

Item de aliqua ex predictis robis supra divisis seu nominatis alicui puero a .XVI. annis infra usque²² ad .XII. annos ultra duas partes ex predictis quantitatibus.²³

Item de aliqua ex predictis robis supra divisis seu nominatis alicui puero a .XII. annis infra²⁴ usque in octo annis ultra dimidiam ex predictis quantitatibus.²⁵

Item de aliqua ex predictis robis supra divisis seu nominatis alicui puero ab octo annis²⁶ infra ultra terciam partem ex predictis quantitatibus.²⁷

Item de aliquo guarnazono seu gonella drapi integri sive schieti sive de colore sive de ||^{99r} medietate a femina sine crespaturis cum suo repo sartoris albo et endego, dummodo¹ ipse guarnaçonus sit foratus, ultra .III. sol(dos).²

Item de aliquo mantello drapi integri sive schieti sive de colore sive de medietate a femina³ forato cum suo repo et seda sartoris ad ipsam opportuno ultra .III. sol(dos).⁴

Item de aliquo fustaneo a femina cum suo repo sartoris ultra .III. sol(dos).⁵

Item de aliquo guarnaçono vel gonella a domina de drapo de collore sive de medietate cre⁶spato sive crespatu cum suo repo sartoris albo et endego, dummodo ipse guarnazonus⁷ sit foratus, ultra .VIII. sol(dos).⁸

Item de aliquo guarnaçono sive gonella a domina drapi liscati crespatu seu crespatu cum⁹ repo sartoris albo et endego, dummodo ipse guarnazonus sit foratus, ultra .XI. sol(dos).¹⁰

Item de aliquo ex predictis guarnimentis supra divisis seu nominatis de domina alicui puelle a .XII. ¹¹ annis infra usque in octo annis ultra duas partes ex predictis quantitatibus.¹²

Item de aliquo ex predictis guarnimentis supra divisis seu nominatis de domina alicui puelle ab octo¹³ annis infra ultra terciam partem ex predictis quantitatibus.¹⁴

Item de aliquo ex predictis guarnimentis de domina supra divisis et nominatis alicui puelle a quatuor¹⁵ annis infra ultra terciam partem ex predictis quantitatibus.¹⁶

Item de aliquo mantello cendalis seu zameloti seu drapi de seda forato ultra sex sol(dos).¹⁷

Item de aliqua zupa ab homine cucita per longum sive per traversum cum suo repo sartoris¹⁸ ultra .X. sol(dos).¹⁹

Item de aliqua zupa simili modo ut superius cuxita alicui puero a .XIII. annis infra usque²⁰ in octo annis cum suo repo sartoris ultra .VI. sol(dos).²¹

Item de aliqua zupa simili modo cuxita ut supra alicui puero ab octo annis infra cum²² suo repo sartoris ultra .III. sol(dos).²³

Rubrica de magistris murorum et lignaminis²⁴

Item provisum est quod magistri murorum et lignaminis et coperientes domos non possint acipere,²⁵ videlicet de aliqua die qua laboraverit alicui, si fuerit in civitate cum cibo et potu et sine cena²⁶ a calendis octubris usque ad calendas marci ultra .II. sol(dos).||^{99v}

Et a calendis marci usque ad calendas octubris sine cena ultra .II. sol(dos) et .VIII. denarios.¹

Et si fuerit in episcopatu cum cibo et potu et cum cena eodem modo habeant in estate et in yeme.²

Et si fuerit ad eorum pasturam habeant ultra predictas quantitates pro quolibet die, tam in estate quam in³ yeme, .X. denarios.⁴

Rubrica de formagiariis⁵

de formagiariis^{mm}

Item provisum est quod formagiarii et vendentes formagium et carnes salatas non possint vendere⁶ videlicet libram formagii mazengi et stobiengi duri ultra .VII. denariis et medio.⁷

Item libram formagii tumini seu teneri ultra .V. denariis.⁸

Item libram lardi veteris ultra .VII. denariis.⁹

Item libram carnium veterum salatarum ultra .VI. denariis.¹⁰

Item libram lardi novi ultra .VI. denariis.¹¹

Item libram carnium misaltarum seu novellarum ultra .V. denariis.¹²

Rubrica de portatoribus¹³

*de portatoribus*ⁿⁿ

Item provisum est quod portatores non possint acipere ab aliquo de discaregatura alicuius cari¹⁴ vini, videlicet si descaregaverint desuper terram et non in bora et non lavaverint vegetem,¹⁵ ultra .VI. denarios.¹⁶

Et si descaregaverint desuper terram et vegetem lavaverint, ultra .VIII. denarios.¹⁷

Et si descaregaverint in bora et vegetem non lavaverint, ultra .VIII. denarios.¹⁸

Et si descaregaverint in bora et vegetem lavaverint, ultra .X. denarios.¹⁹

Et si travasaverint in tera seu in bora et vegetem lavaverint de caro vini, ultra .VIII. denarios.²⁰

^{mm} nel margine sinistro.

ⁿⁿ nel margine sinistro.

Et si lavaverint vegetem travasando de caro vini, ultra .VI. denarios.²¹

Et debeant habere quocienscumque mensuraverint vinum ad postulacionem alicuius, silicet de quolibet²² caro vini a venditore seu ab illo qui faceret mensurari, si illud²³ vinum non esset emptum, .II. denarios.²⁴

Et teneantur quocienscumque travasaverint aportare et habere vinos eorum, silicet quatuor ||^{100r} ad minus ad travasandum.¹

Ac eciam teneantur ipsi portatores precise ire quocienscumque requisiti fuerint et non recusare facere predicta.²

Item quod ipsi portatores pro portando de platea in aliqua parte civitatis bladum seu legumen non³ possint acipere de tribus stariis ultra duos denarios.⁴

Et de duobus stariis ultra .III. mezanos.⁵

Et de uno stario ultra .I. denarium.⁶

Item quod ipsi portatores et quicumque alii stringentes vegetes magnas et parvas et vegiolas⁷ non possint acipere, videlicet pro ponendo tres circhios alicui vegeti tractorie seu alicui⁸ vegiolo de modio ligando eos, ultra .I. denarium.⁹

Et ab inde supra tribus circhiis totidem et non ultra.¹⁰

Et pro ponendo duas circhias alicui vegeti et de caro et medium seu alicui vegeti .II. carrorum seu¹¹ alicui vegeti duorum carrorum et medium ligando eas ultra .I. denarium.¹²

Et ab inde supra de singulis .II. circhis totidem et non ultra.¹³

Et pro ponendo alicui vegeti .III. carrorum seu alicui vegeti .III. carrorum et medium seu alicui vegeti¹⁴ quatuor carrorum unum circhium ultra .I. denarium.¹⁵

Et ab inde supra de quolibet circhio totidem et non ultra, habendo a facientibus eas stringere¹⁶ circhias et salices.¹⁷

Item quod quilibet qui caregaverit aliquam robam ad hospicium non possit acipere ab illo qui¹⁸ hoc fieri fecerit ultra .II. denarios.¹⁹

Et qui descaregaverit ad hospicium de soma ultra .II. denarios.²⁰

Et qui descaregaverit ad portam ponendo in navi de soma ultra .II. denarios.²¹

Rubrica de zocholariis²²

de zocholariis^{oo}

Item provissum est quod zocholarii et facientes seu vendentes zoculas non possint acipere vide²³ licet de pari zocullarum ab homine sive a femina ultra .XXII. denarios.²⁴

Et si fuerint zocule magne et alte cum cepello quaro ab hominibus sive a feminis et cum²⁵ corolis largis non possint acipere de pari ultra .II. solidos.||^{100v}

Et pro recepelatura aliquarum zocularum ab homine vel femina non possint acipere de aliquo¹ pari ultra .VIII. denarios.²

Item de quolibet pari zocullarum pro aliquo puero masculo vel femina a viginti annis usque in³ .XVI. annis non possint acipere ultra .XV. denarios.⁴

Et pro recepelatura eiusdem pueris pro pari ultra .VI. denarios.⁵

^{oo} nel margine sinistro.

Item de quolibet pari zocularum alicuius pueri masculi vel femine a duodecim annis infra non⁶ possint acipere de pari ultra .X. denarios.⁷

Et pro recepelatura eiusdem pueris pro pari ultra .VI. denarios.⁸

Item quod zocule prediche habeant corollos de cordoano vel manzollo.⁹

Rubrica de cordoaneriis¹⁰

de calegariis^{pp}

Item provisum est quod cordoanerii vel calegarii vel aliqui alii facientes vel vendentes scar¹¹|pas vel calzarios non possint acipere:¹²

videlicet de pari scarparum ab homine que sint scarpe subtile integre vel intagiate¹³| ultra .II. sol(dos) et .III. denarios;¹⁴

et de pari scarparum a domina que sint scarpe subtile integre ultra .XX. denarios;¹⁵

et de pari planellarum ab homine ultra .III. sol(dos);¹⁶

et de pari planellarum a domina ultra .III. sol(dos) et .VI. denarios.¹⁷

Et dicte planelle, tam ab homine quam a domina, habeant corollos de manzollo vel cordoano¹⁸| et sint predicta omnia laude bonorum virorum.¹⁹

Rubrica de furnaxariis²⁰

de furnaxariis^{qq}

Item provisum est quod furnaxarii seu facientes vel vendentes quadrelos, cupos et cave²¹|llas non possint acipere de illis qui decetero fient vel coquentur.²²

videlicet de miliario quadrellorum et conductura in civitate tantum et non ultra .XXV. sol(dos),²³

et de miliario cuporum cum conductura in civitate tantum ultra .XL. sol(dos);²⁴

et de miliario tavellarum cum conductura in civitate tantum ultra .XX. sol(dos);²⁵

et in episcopatu Plac(entie) ad fornaces non possint acipere videlicet de¹| miliario quadrellorum ultra .XX. sol(dos);²⁶

et de miliario cuporum ultra .XL. sol(dos);²⁷

et de miliario tavellarum .XVI. sol(dos);²⁸

Et predicti quadrelli, cupi et tavelle, tam de civitate quam de episcopatu, sint et esse debeant bene cocti et⁵| bene saxonati et ad mensuram et stanpum ut actenus consueverunt esse.⁶

Rubrica de cimatoribus⁷

de cimatoribus^{rr}

Item provisum est quod cimatores pannorum non possint acipere de cimatura pannorum:⁸

^{pp} nel margine sinistro.

^{qq} nel margine sinistro.

^{rr} nel margine sinistro.

videlicet de brachio panni francischi valoris a viginti sol(dis) infra cimando ⁹| bis ultra .III. denarios;¹⁰
item de brachio panni francischi valoris a viginti sol(dis) supra ¹¹| cimando bis ultra .III. denarios;¹²
item de brachio panni Mediolani, Cumani, Modene et Florencie cimando bis ultra .II. denarios;¹³
item de brachio panni Mediolani, Cumani, Modene et Florencie ¹⁴| cimando tantum semel ultra .I. denarium;¹⁵
item de brachio panni valdemagni, medielane, agnelini et bixeti ¹⁶| cimando ultra .I. denarium.¹⁷

Rubrica de albergatoribus¹⁸

de albergatoribus^{ss}

Item provisum est quod aliquis albergator sive alias pro eo non possit vel debeat acipere ¹⁹| de prebenda integra, scilicet cum uno quartario spelte vel alia blava et cum feno ²⁰| pro aliquo equo inter diem et noctem, ultra .XXVIII. denarios.²¹

Et de media prebenda inter diem et noctem cum blava et feno ultra .II. sol(dos).||^{101v}

Rubrica de calderariis et aliis facientibus seu vendentibus lebetes vel alias vasellos de ramo¹

de calderariis^{tt}

Item provisum est quod calderarii vel alii facientes seu vendentes lebetes aut aliquos vasellos ²| de ramo non possint nec debeant per se vel alias vendere ipsos lebetes vel aliquos vasellos de ra³|mo cum fero sive cum manicis feri, sed ramum debeant vendere per se et ferum per se.⁴

Et de ferro non possint nec debeant acipere pro libra ultra .VIII. denarios.⁵

Et de libra rami ultra .XXVIII. denarios.⁶

Et de scaldatoriis rami videlicet de libra ultra .XXXII. denarios.⁷

Et si quis voluerit facere cum ipsis cambium, scilicet de ramo veteri cum ramo novo, non possint ⁸| vendere ramum eorum laboratum sine ferro ultra .X. denariis pro libra, scilicet ultra id quod receperint ⁹| libram veteris sine ferro; et quod recipere debeant manicos lebetum vel vasellorum veterum quos ¹⁰| receperint in cambio ad rationem .III. denarios pro libra.¹¹

Rubrica de observacione statutorum presentis voluminis et quod omnia alia statuta sint cassa¹²

Ut omnes circa statuta communis Plac(entie) perplesitates, altercaciones et dubia de medio perpetuo au¹³|ferantur, volumus, statuimus et declaramus quod statuta presentis voluminis

^{ss} nel margine sinistro.

^{tt} nel margine sinistro.

dictorum dominorum magnificorum dominorum Iohannis et Luchini fratrum Vicecomitum consensu et voluntate compilata et in ordine sex librorum composita favente eo a quo datum omne optimum et donum perfectum descendit luminum, videlicet Patre Summo,^{uu} sint firma et inviolabiliter Deo propicio perpetuo in civitate Plac(entie) et districtu obser¹⁶|ventur. Et quod omnia alia statuta, provissores, reformaciones, ordinaciones communis Plac(entie)¹⁷ et quorumcumque paraticorum et societatum seu universitatuum^{vv} seu quovis nomine censeantur hinc retro facte vel scripte per comune Plac(entie) seu que(m)vis rectorem,¹⁸ officiale, consilium, collegium, societatem vel universitatem vel paraticum civitatis et^{ww} communis Plac(entie) que non reperirentur scripta in hoc volumine sint decetero¹⁹ casse et irite et nullius momenti vel valoris seu firmitatis. Et pro cassis et iritis²⁰ habeantur nec in aliquo decetero pro futuris negociis, causis vel litibus possint vel debeat²¹ in iudiciis^{xx} vel extra aliqualiter observari vel eciam alegari, quod si secus actum²² fuerit non valeat ipso iure.||^{102r}

de aurificibus^{yy}

Modus et forma quem et quam servare debent aurifex laborantes de auro et argento,¹ videlicet:²

In primis quod ipsi aurifex laborantes de auro et argento non possint nec debeant laborare³ nec facere aliquod opus de argento, nisi ad ligam septem unciarum et unius quarterii pro mar⁴cho et argento fino, et si quis contrafecerit solvat pro banno pro qualibet uncia quadra⁵ginta sol(dos), et quod debeant acipere precium ab emptoribus ab eis prout inferius continetur.⁶

Primo acipere debeant pro factura cuparum albarum de argento cum pede⁷ pro qualibet uncia .III. sol(dos);⁸

et cum argento suo pro qualibet uncia .I. libram;⁹

et pro doratura ipsarum cuparum pro qualibet uncia .III. sol(dos) .VI. denarios;¹⁰

item pro factura moiolorum pro qualibet uncia .II. sol(dos) .VI. denarios;¹¹

et cum argento suo pro qualibet uncia .XVIII. sol(dos) .VI. denarios;¹²

item pro factura cugiariorum pro qualibet uncia .II. sol(dos);¹³

et cum argento suo .XVIII. sol(dos);¹⁴

item pro factura tazarum albarum sine smaldo .II. sol(dos);¹⁵

pro qualibet uncia .VI. denarios;¹⁶

et cum argento suo pro qualibet uncia .XVIII. sol(dos) .VI. denarios;¹⁷

item pro factura calicis albi pro qualibet uncia .V. sol(dos);¹⁸

et cum argento suo pro qualibet uncia .XXI. sol(dos);¹⁹

et cum doratura dicti calicis si doratus intus et²⁰ extra pro qualibet uncia .I. libram .VI. sol(dos),²¹

^{uu} dicto(rum) - Summo aggiunto in parte nel soprallineo in parte nel margine sinistro. Segue p(er) sapientes¹⁴ et discretos viros, de q(ui)b(us) in p(ri)ncipio d(i)c(t)i voluminis fit me(n)cio, compilata et eme(n)¹⁵data depennato.

^{vv} et quo(rum)q(ue) - univ(er)sitatu(m) aggiunto nel soprallineo.

^{ww} collegiu(m) - et aggiunto nel soprallineo.

^{xx} iudicis aggiunto nel soprallineo in corrispondenza di iudicib(us) depennato.

^{yy} nel margine sinistro.

et si doratus fuerit intus tantum pro qualibet uncia .I. libram .III. sol(dos);²²
item pro factura de centuris albis pro qualibet uncia .III. sol(dos);²³
et cum argento suo pro qualibet uncia .XVIII. sol(dos);²⁴
item pro factura de centuris doratis sine smaldo pro qualibet uncia .III. sol(dos);²⁵
et cum argento suo et doratura pro qualibet uncia .I. libram .III. sol(dos);²⁶
item pro factura pomellorum crenatorum .III. sol(dos);||^{102v}
pro qualibet uncia .VI. denarios;¹
et cum argento suo pro qualibet uncia .XVIII. sol(dos) .VI. denarios;²
et pro doratura ipsorum pomellorum crenatorum et non crenatorum secundum quod
placuerit volentibus dorare ³| et eodem modo servetur in canonibus dominarum cum
pomelis pro introcellatoribus et ghyrlandis ⁴| et aliis.⁵
Item pro factura frissaturarum albarum pro qualibet uncia .III. sol(dos);⁶
et cum argento suo pro qualibet uncia .XVIII. sol(dos).⁷
Item pro factura frissaturarum doraturarum pro qualibet uncia .III. sol(dos) .VI. denarios;⁸
et cum argento suo pro qualibet uncia .XVIII. sol(dos) .VI. denarios;⁹
et pro doratura secundum quod placuerit volentibus dorare.¹⁰
Item quod predicti fabri non possint nec debeant acipere de anellis ¹¹| argenteis, doratis
cum granatis de uno denario pensi ultra .I. sol(dum) .II. denarios;¹²
Item quod non possint acipere de anellis albis, argenteis cum ¹³| granatis de uno denario
pensi ultra .XI. denarios.¹⁴
Et si quis contrafecerit vel aceperit ultra predictas quantitates solvat pro banno pro
qualibet uncia ¹⁵| .X. sol(dos) et pro quolibet annullo contra dictam formam vendito .V.
sol(dos).¹⁶
Item quod quelibet persona, undecumque sit et cuiuscumque condicione existat, que velit
facere dorare ¹⁷| seu deaurare aliquod suum opus de argento, quod non sit de predicta
presenti liga facta sed ¹⁸| de veteri, et ille faber qui dictum opus de ipsa veteri liga dorare
seu redorare ¹⁹| voluerit teneatur et debeat comparere coram iudice victualium qui nunc
est vel pro ²⁰| t(em)pore fuerit vel coram alio officiali, cui comissa esset cognitio
predicta, ad faciendum ²¹| se scribi et ad faciendum scribi dictum opus et quanti ponderis
fuerit dictum opus in ²²| actis dicti officii iudicis per notarium ipsius iudicis, ne fraus
comiti possit in predictis ²³| vel aliquo predictorum. Et si predicti aurifices vel alter eorum
aceperint aliquod opus ²⁴| de argento factum de dicta liga veteri ad dorandum seu
redorandum contra dictam ²⁵| formam, cadat in pena decem sol(dorum) pro qualibet
uncia, et quilibet de predictis et quilibet ||^{103r} predictorum possit acussare et denunciare et
habeat terciam partem banni seu condempnacionis et teneatur privatim.¹

In questionibus et litibus, causis et negotiis que nundum cepta erant t(em)pore
publicacionis novorum ²| statutorum, locum habere volumus ipsa statuta nova; in aliis
autem que cepta erant ante ipsam ³| publicationem statuta vetera communis Plac(entie)
declaramus et volumus observari, nisi in ipsis statu⁴tis novis aliter caveatur; declarantes
eciam causam appellacionis et suplicationis et eciam restitucionis ⁵| in integrum aliam a
principali causam esse et distincionem predictam statutorum in ipsa debere ut ⁶| premititur
observari.⁷

Statutum quod loquitur de prescripcione triginta annorum intelligimus et volumus locum habere^{8|} in preteritis, pendentibus et futuris.⁹

^{zz}Quod dictum est in statutis communis Plac(entie) quod quicumque probaverit se possedisse vel quasi aliquam rem^{16|} immobilem civiliter vel naturaliter a triginta annis citra habeatur pro vero et legiultimo possessore^{17|} non obstante aliquo qui presentem possessionem dicat se habere et cetera declaramus locum^{18|} habere si probaverit se possedisse a triginta annis citra vel illum a quo causam habet.¹⁹

Declarantes statutum quod loquitur de donacionibus insinuandis excedentibus quantitatem^{20|} vel extimacionem vigintquinque librarum Plac(entinorum), volumus et ordinamus et statuimus quod ||^{103v} insinuaciones de quibus fit mencio in dicto statuto fiant diebus iuridicis iudice sedente pro^{1|} tribunali in loco ubi ius publice reddere consuevit; et si condempnaciones fiant contra formam^{2|} dicti vel huius statuti seu declaracionis non valeant ipso iure, eciam si sint iuramento firmate.³

Ad tolendas fraudes que fieri procurantur in quindenis contrahendis de rivis et ipsis divi^{4|}dendis cum quidam habentes textam iuxta rivos, que testa est terra glareata vel gerbida que non consue^{5|}vit laborari vel coli, nitantur habere quindenam iuxta numerum trabucorum ipsius teste terrarum predictarum^{6|} glarearum et gerbidarum, quod quidem est contra mentem illorum qui ipsas quindenias constituerunt, pro eo^{7|} quod quindena conceditur in recumpensacionem da(m)pni cavi rivi qui fit in terris alienis, quod in dictis terris^{8|} glareis vel gerbidis non debet sibi vendicare locum pro eo quod eis da(m)pnum non infertur ex predictis,^{9|} declaramus quod tales teste terrarum glarearum et gerbidarum non computentur in ipsis quindenis^{10|} vel mensuracione seu divissione earum, nec ex eis vel pro eis quindena aliqua extrahatur.^{11|} Salvo quod si habentes ipsas terras glareas vel gerbidas volent ipsas vel partem earum reducere^{12|} ad laborerium sine fraude, tunc pro numero trabucorum teste ipsius terre reducte ad laborerium^{13|} habeant quindenam pro rata, iuxta formam statuti^{aaa} loquentis de quindenis dividendis, quam^{14|} quindenam non possint reducere nec uti nisi ad ipsas terras dum taxat reductas ad labo^{15|}rerium. Et si de predictis vel aliquo eorum questio aliqua oriretur, possit et debeat cognosci^{16|} per potestatem vel iudicem maleficiorum sumarie et de plano, sine figura et strepitu iudicii^{17|} et libelli oblacione, quocumque t(em)pore feriato et non feriato.¹⁸

Mitigantes statutum quod imponit penas non consignantibus caseum iuxta tasacionem et^{19|} formam ipsius statuti, volumus quod conde(m)pnentur pro quolibet centenario non consignato in^{20|} quadraginta sol(dis) et ab inde infra pro rata dicte pene non consignati, et

^{zz} precede da r. 10 a r. 15 la stessa rubrica trascritta da r. 2 a r. 7.

^{aaa} -i finale corr. su altra lettera.

nichilominus²¹] consignare ipsum caseum teneantur, et pro qualibet pensso casei in decem sol(dis); salvo quod²²] si, ad usque decem dies post elapsum mensem in quo tenentur ipsum caseum consignare,²³] consignaverint ipsum caseum, a dictis penis absolvantur. Addicentes et declarantes quod ||^{104r} pro parte t(em)poris quo habebunt et tenebunt in civitate Plac(entie) vel districtu oves et vachas de lacte¹] teneantur duntaxat ipsum caseum consignare iuxta formam statuti prelibati, qua consignacione²] facta pro rata dicti t(em)poris possint de civitate et districtu Plac(entie) recedere ad suam liberam volun³]tatem. Et predicta locum habeant ad pendencia et futura.⁴

Nullus possit acussare, denunciare vel molestare aliquam villam, locum vel universitatem⁵] occassione quod dicatur robariam vel incendium per malefactores incognitos esse factos vel occassione⁶] quod dicatur aliquam villam, locum vel universitatem esse vel fuisse negligentes in capiendis⁷] malefactoribus vel recuperandis robariis, nixi porexerit acussam vel denunciacionem vel⁸] querimoniam comuni Plac(entie) usque ad quatuor menses numerandos a t(em)pore ipsius maleficii perpetrati.⁹

Declarantes statutum quod loquitur de carne salata, misalta vel novella certo modo vendenda,¹⁰] misaltam et novellam intelligimus carnem que sallatur a calendis novembris usque ad intro¹¹]ytum Quadragesime.¹²

de tabernariis et hospitibus^{bbb}

Omnis vendentes vinum ad minutum teneantur habere iustum et rectam bozolam, in pena centum¹³] sol(dorum) Plac(entinorum) pro qualibet bozolla non recta, et mensurare recte vinum ad ipsam rectam bozo¹⁴]llam. Et quicumque non mensuraverit recte vinum ad rectam bozollam solvat pro banno qualibet¹⁵] vice decem sol(dos) posito quod bozolla sit recta ex quo ipsa mensuracio non est recta.¹⁶

de advocatis^{ccc}

Statuimus quod advocati pro eorum patrocinii et salario advocationum non possint acipere pro¹⁷] qualibet eorum pro qualibet causa vel questione ultra duplum quantitatuum taxacionum factarum¹⁸] super salariis illorum qui habent consulere super difinitivis sentenciis, prout de predictis¹⁹] salariis secundum diversas quantitates plene et clare in statutis communis Plac(entie) continetur. Et²⁰] hoc habeat locum si sentencia diffinitiva lata fuerit. Si vero partes post item contestatam²¹] et ante diffinitivam sentenciam ad concordiam pervenerint, tunc dimidia salarii ||^{104v} predicti a statutis ordinati sint contenti, quod si secus factum fuerit conde(m)pnetur quilibet advocatus¹] pro qualibet vice in

^{bbb} nel margine sinistro.

^{ccc} nel margine sinistro.

decem libris Plac(entinorum) et amissione tocius salarii illius questionis. Et si qua^{2|} instrumenta contra predicta fierent, non valeant ipso iure.³

non reperitur in statuto communis novo^{ddd}

Statutum quod loquitur de raptu mulierum locum habere volumus si inquisicio, denunciatio vel accusacio^{4|} fuerit de crimine in dicto statuto expresso infra quadraginta dies continuos a t(em)pore dicti maleficii^{5|} perpetrati, quo termino elapsso non possit accusacio, denunciacio fieri pro crimine prelibato.⁶

Nulli liceat habere vel uti in civitate Plac(entie) vel districtu alio sale quam de gabella seu gabellis^{7|} communis Plac(entie). Alioquin, si probatum fuerit aliquem fecisse contra predicta, solvat pro banno comuni Plac(entie)^{8|} quadraginta sol(dos) pro quolibet stopello et quilibet possit acussare, medietas cuius banni^{9|} sit acusatoris et alia medietas sit communis.¹⁰

Nullus sine licencia communis deferat salem minutum ab aliquibus locis qui non sint de civitate^{11|} Plac(entie) vel episcopatu ad ipsam civitatem Plac(entie) vel districtum, in pena centum sol(dorum) Plac(entinorum) si fuerit una^{12|} mina vel ab inde infra, et si fuerit ab una mina supra usque in unum sestarium decem librarum^{13|} Plac(entinorum) et si ab uno sestario supra ultra predictam penam condempnetur pro quolibet stopello^{14|} salis quod fuerit ultra unum sestarium in viginti sol(dis).¹⁵

Nemo deferat vel deferi faciat salem grossum vel minutum extra districtum Plac(entie) sine li^{16|}cencia communis ipsius civitatis, in pena vigintiquinque librarum et ametendi ipsum salem et besti^{17|}as et res deferentes ipsum salem.¹⁸

Statuimus quod nullus ex illis qui faciunt vel fieri faciunt salem in Salso possit vendere, do^{19|}nare vel mutuare salem alicui in fraudem gabelle communis Plac(entie) et nullus ibi salem acipiat^{20|} quoquo modo, nisi illi quibus hoc est concessum, in pena decem librarum Plac(entinorum) pro qualibet vice.||^{105r}

Mitigantes statuta que locuntur de becariis vendentes carnes recentes et aliis vendentibus^{1|} carnes salatas seu caseum et minus iuste ponderantibus, volumus quod si carnes recentes^{2|} vel salate vel caseum minus iusto pondere vendentur quod venditores conde(m)pnentur hoc modo,^{3|} videlicet si invenietur una uncia vel minus uncia iusto pondere conde(m)pnentur in decem^{4|} sol(dis), si minus duabus unciis et ultra unam unciam

^{ddd} *nel margine sinistro.*

condempnentur in viginti sol(dis), si a duabus⁵ unciis supra conde(m)pnentur prout in aliis statutis communis Plac(entie) continetur. Et hoc locum habeat ad⁶ pendencia et futura.⁷

Statutum quod loquitur de mensuris et ponderibus bullandis intelligimus et intelligi vo⁸lumus tantum quod exercentes artes seu misteria seu officia emendi, vendendi et revendendi⁹ tantum teneantur ipsa pondera et mensuras facere bullari seu habere bullata iuxta formam dicti¹⁰ statuti et locum habeat ad pendencia et futura.¹¹

vacat^{eee}

Declarantes statutum quod loquitur quod credatur acusatori suo sacramento eciam de credulitate¹² usque in quinque sol(dos), volumus locum habere si acussator fuerit civis et oriundus de civitate¹³ Plac(entie) et homo bone fame.¹⁴

Statutum quod loquitur quod ducentes aquas ad orta, iardinos vel ca(m)pos intra civitatem et suburbia¹⁵ existentes ac eciam prope civitatem per medium miliare non possint accussari restingimus tantum ad¹⁶ ortos et iardinos prope civitatem per medium miliare et intra civitatem ad ortos, prata et ca(m)pos.¹⁷

Declarantes statutum quod loquitur quod vegiola in qua ducitur vel venditur calcina sit capa¹⁸ citatis sedecim steriorum ad minus, intelligimus et volumus inteligi quod sit¹⁹ capacitatis sedecim steriorum vini secundum vegiolam tractoriam in qua ducitur²⁰ vinum vel capacitatis sedecim steriorum frumenti sine benedicionibus et locum habeat ad²¹ pendencia et futura.^{||}^{105v}

In nomine Domini amen.¹

Hec sunt statuta de novo facta et edita ad honorem Sancte Trinitatis et beate² Marie semper Virginis et beati Antonini militis protectoris civitatis et populi placentini³ et beati Donini martiris et omnium sanctorum et sanctarum Dei et sanctissimi patris domini Iohannis⁴ pape .XXII. et reverendi patris domini Bertrandi tituli sancti Marcelli presbiteri cardinalis et⁵ Apostolice sedis legati et sacrosancte romane ecclesie et nobilis et potentis viri domini⁶ Antonii potestatis et rectoris civitatis et districtus Plac(entie) pro sancta romana ecclesia ac prioris⁷ ancianorum populi negociis communis Plac(entie) presidencium per dominos statuarios communis ad hoc electos.⁸ Anno curente .MCCCXXIII., indicione .VI., de mense iunii.⁹

^{eee} nel margine sinistro.

Primo statuerunt et ordinaverunt quod in civitate Plac(entie) non sit nec esse possit aliquis curerius¹⁰ qui non sit oriundus de civitate et districtu Plac(entie) et qui cum familia non moretur in dicta civitate.¹¹ Et quod aliquis curerius qui moretur in episcopatu vel districtu Plac(entie) cum familia non possit exercere officium curarie nec facere illud officium pro potestate vel rectore et officialibus communis Plac(entie),¹² cum per curerios forensses et eciam commorantes in villis episcopatus Plac(entie) exerceentes¹³ officium curarie per potestates et rectores et officiales civitatis Placencie sepe¹⁴ et sepius per t(em)pora preterita fuerint comisso multe fraudes, salvo quod siquis steterit¹⁵ per decem annos et habitaverit in civitate Plac(entie) dictum officium exercere, dato eciam¹⁶ non sit oriundus de civitate Plac(entie). Et nullus familiaris vel scutifer alterius¹⁷ possit esse curerius. Et quicquid factum fuerit per tales curerios sit cassum et iritum et nullius va¹⁸loris.²⁰

Item statutum est quod vicini vicinie sancte Marie de Bigollis non teneantur ad aliquam²¹ condempnacionem que fieret de dicta vicinia, occassione alicuius risse seu rumoris²² qui fieret in dicta vicinia, cum in dicta vicinia non sint quasi aliqui vicini.²³ Et ecclesia diete vicinie que erat syta in platea communis sic devastata et²⁴ dirocatia iam est diu per comune Plac(entie).||^{106r}

Item statuerunt quod per aliquos rectores seu potestates vel capitaneos seu alios officia¹les communis Plac(entie) vel per aliquos stipendiarios seu forenses vel alias personas alberga²tores civitatis Plac(entie) nec aliquis aliis non possint nec debeant aliqualiter molestari,³ impediri seu compelli ad mutuandum lectos aliquos seu alios apparatus predictis⁴ vel alicui eorum seu alicui persone contra voluntatem ipsorum albergatorum vel aliarum personarum,⁵ in pena et sub pena .XXV. librarum Plac(entinorum) cuiilibet contrafacenti.⁶

Item quod nullus notarius qui non sit oriondus de civitate Plac(entie) et qui non sit approbatus in not(ariato)⁷ per collegium notariorum Plac(entie) et in matricula dicti collegii scriptus possit vel valeat⁸ operari seu exercere artem seu officium notariorum in civitate Plac(entie) nec episcopatu. Et si quis contrafecerit,⁹ ea que fecerint non valeant nec teneant ipso iure, salvis et exceptis notariis domini legati.¹⁰

Item statutum est quod quilibet rector et capitaneus teneatur et sit obligatus vinculo sacramenti¹¹ dare unam robam integrum uni ex tubatoribus, sicut actenus est consuetum.¹²

Item quod comune Plac(entie) teneatur singulis festivitatibus beate Marie Virginis de mense augusti¹³ indicere omnes tubatores Plac(entie), videlicet unum gonellum, duas caligas et unum¹⁴ capucium pro quolibet, ut veterissime consueti sunt.¹⁵

Item statutum est quod singulis duobus annis de mense madii examinetur et fiat talea¹⁶ salis hominum et nobilium episcopatus Plac(entie) per anzianos populi seu per alias quos eligere volue¹⁷rint. Et incipiat fieri de mense madii proximo venturo. Et hoc locum habeat finito t(em)pore¹⁸ presentis vendicionis facte de dicto sale.¹⁹

Item statuerunt et declaraverunt quod statutum quod loquitur de minoribus quod incipit:
²⁰ «Nullus pubes, sive habeat curatorem sive non, seu maior .XXV. annis esse, in ||^{106v} contractibus vel iudicibus audiatur contra proprium sacramentum» et cetera, in ea parte ubi dicit: «et hoc locum¹ habeat in preteritis, pendentibus et futuris», quod illud statutum habeat locum tantum ad futura et quod² aliqua instrumenta propterea non sint cassa. Ita tamen quod valeat in hiis tantum que facta sunt et fient³ deinceps a .MCCCXXI., indicione .III., die mercurii .VIII. aprilis citra.⁴

condet et non est approbatum^{fff}

Item statuerunt et ordinaverunt per presentem constitutionem perpetuo observandam quod nulla domus⁵ in civitate vel districtu Plac(entie) decetero possit vel debeat aliqualiter destrui, dirui, comburi vel⁶ devastari in totum vel pro aliqua parte occasione partis forestacionis sive propter aliquod delictum seu⁷ aliquem cassum vel eventum vel aliqua decaussa que dici vel excogitari posset, non obstantibus quibus⁸ cumque statutis, provisionibus seu ordinamentis quocumque nomine censeantur in contrarium editis vel edendis,⁹ casibus tamen de diruptione domorum in constitutionibus editis contra hereticam pravitatem expressis¹⁰ dumtaxat exceptis. Et hoc statutum precise et inviolabiliter perpetuo debeat observari. Et non¹¹ possit nec debeat ullo t(em)pore, aliquo modo vel ingenio sive causa vel occasione, que dici vel excogitari¹² possit, caxari, toli, suspendi, prorogari, removeri vel mutari seu canzellari vel deleri sive eciam¹³ abrogari vel ei aliqualiter derogari, sed omni t(em)pore sit et esse intelligatur et debeat ultimum¹⁴ et derogacionem cuicunque statuto, reformacioni, provissioni, constitutioni et ordinamento seu¹⁵ quovis alio censeatur nomine. Et siquod seu siqua in contrarium factum vel facta foret¹⁶ vel qualitercumque fieret in futurum et quicumque potestas seu capitaneus sive rector¹⁷ civitatis Plac(entie) seu aliquis eorum vel alicuius ipsorum familia aliquid in contrarium qualitercumque¹⁸ fecerit vel fieri permiserit, eo ipso omni iurisdicione, potestate et auctoritate sua ex nunc¹⁹ totaliter sit et intelligatur esse privatus. Et nichilominus penam centum marcharum argenti²⁰ incurat comuni Plac(entie) aplicandam et ab eo eciam per detencionem persone ipsius per successorem²¹ suum sub eadem pena omnimode exigendam. Et quicumque alius, cuiuscumque status et²² condicionis sit, sive statuendo sive ordinando seu providendo sive consulendo seu²³ scribendo vel aliter operando et faciendo in contrarium, qualitercumque fecerit vel fieri²⁴ procuraverit, eo ipso omni iure, honore, officio et beneficio communis Plac(entie) et si iudex²⁵ vel advocatus esset iudicatus et advocationis et si notarius tabelionatus officio et omni alii officio²⁶ perpetuo sit et intelligatur esse privatus. Et nichilominus penam||^{107r}

^{fff} nel margine sinistro.

quinquaginta marcharum argenti similiter incidat comuni Plac(entie) aplicandam. Et per rec¹|torem et capitaneum communis, sub eadem pena ab eo exigenda per detencionem sue personae²| et distracionem bonorum suorum et quam celerius fieri poterit, procuretur per comune Plac(entie)³| impetrari a domino papa sive a domino legato literas pene excommunicationis et interdicti sentencias⁴| et quam arciores esse possint confirmaciones presentis statuti. Et predicta omnia et singula⁵| domini rector potestas seu capitaneus et eorum familie et rectores et eorum familie et⁶| quicunque officialis communis Plac(entie) precise facere et observare omnimode et efficacie teneantur.⁷

ggg§ Die .XIII. iunii.¹⁵

Item statutum est et ordinatum pro bono et evidenti utilitate communis et hominum civitatis¹⁶| Plac(entie) quod nulla domina civitatis vel districtus Plac(entie) audeat nec presumat defere seu¹⁷| portare in civitate vel districtu Plac(entie) aliqua ornamenta in capite seu vestimentis¹⁸| vel centuris de perlis seu auro vel argento, excepto quod portare valeant et possint¹⁹| pomellos parvos de argento in manicis et capicio et capite nistolam auro²⁰| vel argento contestam et foliam vel frixum de auro amplitudinis unius²¹| digiti politis, in pena et sub pena domine que contra fecerit amissionis antifacti²²| et sponsalicie largitatis et amissionis rerum sic inventarum et marito eius²³| decem librarum, et si non fuerit nupta condempnetur pater in .X. libris, et si non habuerit²⁴| patrem condempnetur frater vel mater si habuerit in dictis .X. libris. Et si non habuerit²⁵| patrem, fratrem nec matrem, condempnetur ipsa mulier in .X. libris Plac(entinorum), quociens²⁶|cumque contrafactum fuerit in predictis seu aliquo predictorum. Et quod predice tres sic ||^{107v} perdite seu extimaciones ipsarum detrahantur de dotibus ipsius domine sic invente facere contra predicta.¹| Et rector vel eius officialis qui ad hoc fuerit deputatus tenentur vinculo sacramenti²| singulis mensibus ad minus semel diligenter inquirere et procedere cum accussatore et sine³| acusatore contra omnes et singulas mulieres que contra fecerint et eas debitis penis⁴| condempnent. Et si rector vel eius officialis ad hoc deputatus negligens fuerit in⁵| predictis vel aliquo predictorum condempnetur, si fuerit rector, in .L. libris de salario suo, si vero⁶| fuerit officialis in .XXV. libris Plac(entinorum), dandis et solvendis camare communis Plac(entie). Et predicta⁷| preconizari debeant. Et postquam fuerit preconizatum, hoc statutum habeat locum post mensem⁸| a die publicacionis predice eride. Et a dicto termino dicte eride in antea nulla domina audeat⁹| nec presumat facere contra predicta seu aliquod predictorum, sub pena supradicta. Et quilibet¹⁰| rector infra octo dies ab introytu sui regiminis predicta preconizari facere teneatur¹¹| vinculo sacramenti et sub pena predicta.¹²

ggg Precede ite(m) statueru(n)t et ordinaveru(n)t q(uod) omnes p(ro)visio(n)es et reformacio(n)es factas et facte⁸| ab hinc retro per Galeazum Vicecomitem et om(n)es co(n)cessiones, p(ri)v⁹|legia et daciones in feodium facte et facta seu concessa alicui corpori, collegio¹⁰| seu univ(er)sitati sive alicui p(er)sone singulari sint cassa et casse, irite et irita et¹¹| nullius valoris et mome(n)ti exista(n)t, et hoc locu(m) ha(be)a in om(n)ib(us) dacionib(us), quoc(um)q(ue)¹²| no(m)i(n)e censeant(ur), et negotiis, q(ue)stionibus et litib(us) p(re)teritis, p(re)sentib(us) et futuris, ut¹³| p(er)inde habeant(ur) ac si facte no(n) essent¹⁴ depennato.

§ Lecta et publicata fuerunt et pronunciata predicta statuta et quodlibet predictorum in plenis et genera¹³|ibus consiliis communis Plac(entie) in palacio dicti communis more solito iuxta formam reformacionis¹⁴| super hoc facte t(em)pore regiminis nobilis viri domini Antonii Grilli de Ianua rectoris¹⁵| civitatis Plac(entie) et districtus pro sancta romana ecclesia, existente capitaneo populi dicte¹⁶| civitatis domino Petro Confanonerio de Lavilata, per Antonium Gambellum notarium ditatorem¹⁷| communis. Anno curente .MCCCXXIII., indicione .VI., de mense iunii.¹⁸

Testes: Petrus de Lacu, Iacobus de Lixignano, Iohannes Ruxanus, Iohannes Aygua¹⁹|rius, Tomaxius Teronus.²⁰

De deterioratione rerum emphyteoticariarum²¹

Item statutum est quod quilibet imphyteota et quilibet eius heres et successor, qui dampnificaverit seu deterioraverit res emphyteoticarias,²²| seu pro qua debet prestari dictum vel in ipsa re male usatus fuerit seu per eius negligenciam magnam ipsam rem emphyteoticariam²³| deteriorari permiserit, cadat a iure suo et dicta res intelligatur aperta domino ipso iure, si domino placuerit, et nichilominus ipse emphyteota²⁴| et quilibet eius heres et successor ad emendandum dictum dampnum seu quantum res fuerit deteriorata, de quibus omnibus et singulis²⁵| procedatur, cognoscatur et terminetur sumarie et de plano, sine figura et strepitu iudicii, quilibet t(em)pore feriato et non²⁶| feriato et absque libello vel petitione seu memoriali in actis scribendo et absque aliqua instancia observanda.²⁷| Et dictum statutum non vendicet sibi locum in arboribus incisis super terra emphyteoticaria. Sed observetur aliud statutum²⁸| super hoc loquentem.^{hhhh||108r}

Nos Azo Vicecomes et cetera, quoniam super decreto quod fecimus super statu pacifico¹| civitatis Placen(tie) dubitacio orta est quibusdam cavillari volentibus traentibus²| illud ad innuum co(m)pendium, volentes verba dicti decreti interpretari in ea³| parte ubi dicit in decreto predicto quod omnes et singuli civitatis Plac(entie) et episcopatus⁴| sint liberi et absoluti ab omnibus et singulis condempnationibus, processibus et sentenciis⁵| a t(em)pore ipsius dominii retro contra eos et quemlibet ipsorum factis et cetera, declaramus⁶| et interpretamus et verba predicta extendimus ad condempnaciones, processus et sentencias⁷| in criminalibus tantum facta et lacta. Verba autem decreti predicti ubi dicit⁸| quod omnes et singule robarie, furtu, depopulationes, vulnera, incendia et iniurie⁹| quelibet personales et pecuniarie a t(em)pore nostri dominii retro facte et facta sint¹⁰| casse et cetera, ita quod decetero nuli sit licitum dicta occassione aliquid intentare crimi¹¹|naliter nec civiliter et cetera, eciam interpretantes declaramus illa debere intelligi¹²| de illis iniuriis pro quibus i(m)ponenda est pena criminalis secundum formam statutorum¹³| civitatis Plac(entie) et non aliter, nec verba dicti decreti extendi patimur ad posidentes¹⁴| alienam rem sine titulo vel ocupantes possessiones alterius et male fidei posses¹⁵|sores vel clandestina possidentes vel ad similia. Suprascriptis predictam autem¹⁶|

^{hhhh} de derioratione - loquentem aggiunto nel margine inferiore.

declarationem et interpretacionem ex certa scientia facientes iubemus per quoscumque¹⁷| iudicentes in civitate Plac(entie) observari, non obstantibus aliquibus iuribus in contrarium loquentibus,¹⁸| quibus omnibus preiudicari expresse volumus locum habentes supradictis in preteritis,¹⁹ pendentibus negotiis et futuris. Datum Mediolani quarto iunii.||^{108v}

Spoliatorum restitucionibus intendere cupientes, statuimus quod omnes et singuli, qui¹| pro parte vel occasione partis expulsi vel se absentaverunt de civitate Placen(tie) vel episcopatu²| t(em)pore dominii dicte civitatis olim bone memorie domini Galeazii Vicecomitis vel a dicto t(em)pore³| citra, restituantur et pro restitutis habeantur ad omnia que possidebant vel quasi possidebant⁴| quolibet t(em)pore asentacionis seu expulsionis facte ex causa predicta. Et quantum ad restitucionem⁵| predictam, ille sit pocior et restitus esse intelligatur et debeat restitui vigore presentis⁶| statuti qui altero temporum predictorum fuerit prior in possessione predicta rerum per eum tunc⁷| possessorum. Et si fuerit contencio inter aliquos de restituzione predicta, ille obtineat qui⁸| probaverit se t(em)pore asentacionis sue dictis t(em)poribus vel altero ipsorum predictorum prior fuisse⁹| in possessione, dummodo spoliacio seu privacio possessionis facta non fuerit ipsis communiter stantibus¹⁰| in civitate predicta et comuni iure inter eos vigente. Ad predictam autem restitucionem fiendam¹¹| procedatur sumarie, sine strepitu et figura iudicii, sine libello vel petizione, declaracione¹²| tantum sola procedente. Si ille contra quem fienda est restitucio negaverit petentem¹³| restitucionem fieri possedisse t(em)pore expulsionis sue vel absentacionis, non obstante aliqua¹⁴| t(em)poris prescriptione possit tamen postea eodem iure sumarie quilibet contra predictos¹⁵| restitutos agere et experiri ad proprietatem dictarum rerum recuperandum, salvis omnibus contractibus¹⁶| a dicto t(em)pore citra factis spontanee, non vi vel metu partis vel alio. Ad vim autem¹⁷| vel metum probandam vel probandum suficiant quatuor testes bone oppinionis et¹⁸| fame, qui verisimilia ad predicta aliqua cum fama deponant, vel alie probaciones¹⁹| iuris, si per alium modum possit fieri probacio quasi predictum. Statuentes eciam quod²⁰| omnes imphyteote, qui a t(em)pore predicto citra non solverint canones suos et facta, in eo²¹| sint iure quo erant t(em)pore expulsionis vel assentacionis alicuius ex predictis quantum²²| ad predicta, ita quod res non sint aperte petentibus vel veris dominis sed ipsis imphyteotis²³| solventibus dimidiam partem eius quod debent, in eo sint iure quo erant t(em)pore²⁴| expulsionis vel assentacionis predicte sive dantes sive recipientes in imphyteossem²⁵| fuerint certis paribus quantum ad predicta. Et predicta vendicent sibi locum in adherentibus²⁶| cuilibet parcium predictarum expulsarum spoliatis vel privatis possessionibus vel quasi²⁷| a t(em)pore predicto citra et sequentibus eorumque dummodo presumi possint quod occasione seuⁱⁱⁱ²⁸| timore partis non potuerint vel quasi fuerint persequi iura sua et omni prescriptione²⁹| cesante in omnibus predictis. Ad que observanda et cum effectu teneantur dominus³⁰| potestas et quilibet officialis dicti domini potestatis et communis Plac(entie), exceptione aliqua iuris³¹| vel facti non obstantibus. Infrascriptaⁱⁱⁱ sunt addiciones et diminuciones statutorum et statuta³²| de novo facta,

ⁱⁱⁱ segue all'inizio del rigo successivo seu erroneamente iterato cassato.

ⁱⁱⁱ -a finale corr. su altra lettera.

addita et diminuta per sapientes super hoc electos t(em)pore magnifici ||^{109r} domini nostri domini Azonis Vicecomitis, Mediolani, Placen(tie), Cremone, Laude, Pergami, ¹ Cumarum, Vercellarum et cetera domini generalis, .MCCCXXXVI.²

Liber primus³

Primo addita sunt statuto de sacramento potestatis verba hec: ⁴ «Et si contingenter aliquem ex dictis beroariis ire ad pignerandum in episcopatu ⁵ et districtu Placen(tie) pro debito privato, quod tunc possint habere pro eius salario sive ⁶ mercede pro quolibet eorum denarios .III. pro quolibet miliario pro eundo et redeundo, dummodo ⁷ non sint ultra duo».⁸

Teneantur potestas et eius iudices et quilibet de ipsius familia officium eorum ⁹ exercere et exerceri facere expensis ipsius potestatis, tam in civitate quam in districtu ¹⁰ Plac(entie). Ita quod nichil habere vel recipere possint a comuni Plac(entie) vel ab aliqua comunitate ¹¹ sive villa sive eciam ab aliqua singulari persona, directe vel per oblicum, ¹² pro eo quod irent in districtu Plac(entie) vel pernotarent in ipso districtu Plac(entie) occasione eius ¹³ sive eorum officii quacumque occasione seu causa, cum sint et esse debeant contenti salario ¹⁴ dicto potestati ordinato per statuta, non obstante aliquo statuto, consuetudine vel ¹⁵ reformatione in contrarium loquentibus.¹⁶

Nullus potestas, iudex, officialis, stipendiarius vel persona in officio vel extra ¹⁷ officium constituta possit aliqualiter cogere vel cogi seu co(m)elli facere aliquem ¹⁸ hospitem, albergatorem, vel aliam personam contra eorum voluntatem ad comodandum, ¹⁹ vendendum, locandum vel aliqualiter concedendum sibi vel alicui alii persone ²⁰ lectos seu eorum apparatus contra eorum voluntatem, in pena decem librarum ²¹ cuilibet contrafaciens et pro qualibet vice.²²

Addita sunt statuto quod est sub rubrica de officiis notariorum et cetera quod incipit: ²³ «Quilibet de civitate vel episcopatu Placen(tie) oriundus et cetera», ibi ubi dicebat «et ²⁴ sit maior decenocto annis» debet reduci et dici «et^{kkk} sit maior sedecim annis» ²⁵ et cetera, «et in fine» et cetera, «et si aliquis est vel fuerit scriptus in matricula notariorum ²⁶ dicta forma non servata, non habeatur pro notario, nec possit aliquod officium obtinere, ²⁷ sed de ipsa matriculla penitus canzeletur et pro canzellato habeatur ipso iure».||^{109v}

Item statuerunt quod nullus possit eligi vel vocari ad officia notariorum nisi fuerit ¹ sufficiens ad officium exercendum. Et quicumque fuerit electus vel vocatus, ² si est per

kkk et aggiunto nel soprалineo.

se insuficiens ad officium exercendum, non possit per se nec per alium³ illud officium exercere. Si vero est suficiens, possit per se et per alium ydoneum⁴ et sufficientem si voluerit exercere officium ad quod fuerit electus. Et quod⁵ aliquis notarius, qui fuerit electus ad aliquod officium notarie alicuius loci⁶ vel terre episcopatus vel districtus Placen(tie), non possit illud officium vendere vel⁷ concedere alicui notario, qui sit de dicto loco vel terra. Et legatur presens statutum⁸ quando brevia dantur. Et intellegatur esse sufficiens quando fuerit approbatus per⁹ dominum vicarium vel per alium cui comisserit cum discussu examine precedente.¹⁰

Addita sunt statuto quod loquitur de cureriis et tubatoribus verba hec:¹¹ «vel nisi steterint sive habitaverint in civitate Placen(tie) per decem annos et cetera,¹² et quod quilibet curerius qui eligeretur eligatur per potestatem vel eius vicarium¹³ et sapientes tunc presidentes negociis communis Plac(entie) vel per maiorem partem eorum et cetera».¹⁴

Addita sunt statuto loquentur de potestatibus episcopatus Placen(tie) fiendis:¹⁵ «Cetere autem alie potestarie valium et plani episcopatus Plac(entie) sint casse et¹⁶ pro cassis et iritis penitus habeantur. Et deinceps fieri non possint et ab hodie¹⁷ in antea nullus possit elegi ad aliquam potestariam in episcopatu Placen(tie)¹⁸ exceptis predictis tantum in pena et banno electoribus .L. librarum Plac(entinorum) et electo,¹⁹ si contingenter eam acceptare, .L. librarum Plac(entinorum), et nichilominus eius electio sit²⁰ cassa, salvo quod t(em)pore guerre possint fieri si comuni videbitur pro meliori. Et²¹ quicumque fuerit potestas electus in aliqua dictarum potestiarum et ipsam acceptaverit²² non possit elegi ad dictam potestariam infra annum a die depositi officii²³ numerandum.||^{110r}

Liber secundus¹

Restituerunt et restitui debeat primum statutum quod incipit: «Quoniam leges sacra²tissime laudandos existimant et cetera» in totum ut erat t(em)pore bone memorie domini³ nostri domini Galeaz et cetera, mutando nomen domini Galeaz in personam domini nostri domini⁴ Azonis et cetera, usque in fine: «cum iosis non canzelatis».⁵

Addita sunt in statuto de curatore bonorum:⁶ «Qui iudex eligere debeat illos extimators tantum quos nominaverit maior⁷ pars creditorum, habito respetu ad cumullum debiti cum voluntate et consensu⁸ curatoris».⁹

Statutum est quod in omnibus caassis et questionibus, in quibus sentencia¹⁰ diffinitiva vel eciam interlocutoria ferri deberet seu ferri contingat consilio¹¹ sapientis, quod partes possint et debeat dare confidentes de collegio iudicium¹² sive advocatorum civitatis Placen(tie). Et non possint cogi partes ad dandum suspectos¹³ ad consulendum super dictis causis et questionibus nec possint dare omnes de¹⁴ collegio suspectos.¹⁵

Omnis prosonetici seu coraterii ad testimonium co(m)pellantur, utraque seu altera¹⁶ parte requirente, cuius dicto non credatur nisi tanquam unius testis.¹⁷

Liber tercarius¹⁸

Addita sunt statuto quod incipit: «Dominus si dixerit imphyteota et cetera» in fine verba hec:¹⁹ «Salvo quod si citatus et requisitus negaret se imphyteotam quod tunc teneatur²⁰ per actorem offerri et scribi in actis qualis qualis peticio ad instar cuiusdam²¹ memorialis et in totum procedatur iuxta formam loquentis de sumaria cognacione».||^{110v}

Statuimus quod si plures imphyteote, heredes alicuius defonti, sint affitatores unius¹ proprietatis et unus vel duo solverint vel solverit fictum partis sue domino rei et² alias casaverit in solucione facti et ob ipsam causam tota res accepta fuerit pro aperta,³ quod ille talis, qui non solverit partem suam et cuius occasione res accepta fuerit pro aperta,⁴ teneatur ad emendam dampni valoris rei sic acpte et expensas.⁵

Statuimus et ordinamus quod omnia facta *frumenti*,⁶ bladi et vini, quantum est pro anno⁶ *currente* .MCCCXXXVI.,⁷ videlicet pro prestacione proxima preterita solvenda sive que solvi debuit, non⁷ solvantur, nisi tantum frumentum pro frumento et bladum pro blado et vinum⁸ pro vino, non obstante quod postea frumentum, bladum et vinum plus valuerit,⁹ et quod dictus annus sive dicta prestacio solvenda sive que solvi debebat¹⁰ non computetur in illis annis seu t(em)poribus pro quibus peterent vel requererent¹¹ res aperte de quibus redduntur dicta facta.¹²

Si mulier in casibus concessis a iure petat dotem in bonis mariti viventis¹³ non possit vivente marito petereolucionem antifacti vel sponsalicie largitatis,¹⁴ salvo sibi omni suo iure post mortem viri in bonis ipsius viri.¹⁵

Addita sunt statuto quod incipit: «Nulla prescriptio curat contra mulieres circa¹⁶ dotes continuando» et cetera verba hec:¹⁷ «Antifactum et sponsaliciam largitatem ipsarum dotium et ypotecharias occasione ipsarum¹⁸ dictis mulieribus competentes».¹⁹

Item statutum est quod omnes talee, extima et quecumque alia onera gabellis,²⁰ exceptatis impositionibus a t(em)pore quo magnificus dominus noster dominus Azo et cetera obtinuit²¹ dominium civitatis Placen(tie) retro, sint casse et irite et nullius valoris, et²² quod quelibet persona, que solvisset vel solvisse diceretur sive eciam solveret²³

¹¹⁰ *fr(ument)i aggiunto nel sopralineo.*

^{110v} *cure(n)te .MCCCXXXVI. aggiunto nel sopralineo in corrispondenza di p(ro)x(im)o p(re)t(erito) depennato.*

aliquid comuni Placen(tie) sive camarario ipsius communis animo recuperandi vel ²⁴ aliter quomodocumque occasione dictarum talearum, extimorum seu onerum pro aliqua ^{||111r} persona, collegio, comunitate vel universitate que esset sive essent seu fuissent seu ¹ fuisse diceretur, quod dictis taleis, extimis et oneribus communis Placen(tie) seu occasione ² earum obligationum non possint seu possit aliqualiter molestare vel inquietare aliquam ³ personam, collegium, comunitatem vel universitatem pro quibus solvisset seu solvisse ⁴ diceretur occasionibus predictis.⁵

Addita sunt statuto de donationibus verba hec in fine: ⁶ «Que insinuacio fieri possit quocumque t(em)pore feriato vel eciam non feriato, exceptis ⁷ feriis introductis ad honorem Dei».⁸

Addita sunt statuto de donacionibus, antifacto et sponsalicio et cetera verba hec in fine: ⁹ «Et si fieret ultra dictam quantitatem valeat tantummodo usque ad legi optimum ¹⁰ modum iuxta predicta».¹¹

Nullus ex hiis qui sunt obligati pro contractibus preteritis, sive ex causa depositi ¹² vel quavis alia, possit detineri personaliter usque ad kalendas octubri proximi venturi. ¹³ Possit quilibet obligatus dicto termino elapsu ex causa depositi ab hinc retro ¹⁴ contracti detineri iusta formam statuti loquentis de debitoribus qui possunt ¹⁵ ex causa depositi detineri. Salvo quod quilibet, tam pro quibuscumque debitibus preteritis ¹⁶ quam futuris ex causa depositi vel quavis alia, possit cedere bonis, de ¹⁷ qua cessione quid iuris et qualiter fieri debeat in alio statuto plenius continetur.¹⁸

Addita sunt statuto quod loquitur de cessione bonorum et cetera verba hec: ¹⁹ «Eo videlicet adiecto et perpetuo observando quod quis detentus fuerit occasione ²⁰ depositi et steterit propterea in carceribus per tres menses continuos *et posteaⁿⁿⁿ* ²¹ et quod durante dicta cessione ille qui ^{||111v} ceserit bonis non posit habere aliquod officium vel beneficium publicum, nec ¹ eligi possit ad officium alicuius notarii, nec esse de aliquo consilio communis ² Placen(tie), nec esse procurator, tutor, ex(timat)or vel actor, neque curator bonorum nec ³ alicuius persone, nec sibi in civilibus reddatur ius contra aliquam personam ⁴ vel res alicuius persone. Et hoc statutum habeat locum in futuris tantum. ⁵ *Et quod statutum habeat locum et in omnibus observetur preterquam de redemptione in quibuscumque et de quibuscumque mutuis ⁶ de quibus instrumentum appareat.*^{ooo7}

ⁿⁿⁿ et postea aggiunto nel sopralineo. Segue et si postea p(ar)atus ²¹ fu(er)it cum effectu cedere bonis suis et cedat, si possit ulterius detineri ²² v(e)l i(n) carcerem retineri durante d(i)c(t)a cessio(n)e et c(etera) hora consueta et c(etera) ecia(m) ²³ i(n) bonis que postea aquireret et c(etera) depennato.

^{ooo} et q(uod) statutu(m) - apareat aggiunto nello spazio bianco al termine dell'additio.

Addita sunt statuto de feodis hec verba in fine:^{8|} «Et si^{PPP} scienter aliquid obmiserit ab eo quod obmiserit ipso iure cadat a iure suo».⁹

Volumus ad omne iuris dubium tolendum quod dominis nulla prescriptio currat^{10|} in rebus feudalibus que possideantur per vasalum vel eius heredes. Et hoc^{11|} habeat locum in preteritis, pendentibus et futuris.¹²

Liber quartus¹³

Addita sunt primo statuto quod incipit: «Ut inter cives et cetera» verba hec:^{14|} «Si contingenteret quod dominus advertat aliquod extimum vel taleam vel aliquod^{15|} onus per comune imponi, quod omnes civitates et cetera, tunc et cetera, essent et cetera, decem librarum^{16|} et cetera, et inter et cetera, et quod quilibet qui habitaverit seorssum seu divissus fuerit^{17|} a patre vel fratre seu qui bona divissa habuerint, ponatur separatim in talea^{18|} et aliis facionibus et oneribus communis Plac(entie). Et quod quelibet persona que^{19|} habitat sive habitare inveniretur in districtu Placen(tie) que sive cuius^{20|} antecessores consueverant morari *in civitate*⁹⁹⁹ Placen(tie) debeat extimari et faciones^{21|} et onera communis Plac(entie) facere et substinere in dicta civitate Plac(entie) in vicinia^{22|} in qua ipse vel eius antecessores ultimo consueverunt morari sive^{23|} morabantur. Et si de dicta porta sive vicinia aliqua oriretur questio, ipsa questio^{24|} decidatur per dominum potestatem et eius curiam».²⁵

Addita sunt statuto quod incipit: «Additum est huic capitulo et cetera» sub ||^{112r} rubrica de iudicibus stratarum, poncium et viarum hec verba:^{1|} «Et teneatur potestas seu iudex et officialis qui fuerit super pontibus et^{2|} viis deputatis».³

Item statutum est quod quilibet potestas Placen(tie) teneatur diligenter inquisitionem^{4|} facere de iuribus et rationibus que comune Placen(tie) habet contra domum sancti^{5|} Iacobi seu parrochi occassione pontis Trevie et omnia ipsa facere observari, tam^{6|} in constructione dicti pontis quam eciam in manutenendo ipsum pontem sive navem,^{7|} in pena .XXV. librarum Plac(entinorum) ipsi potestati si predicta facere obmiserit. Idem observetur^{8|} per dominum potestatem in faciendo construi et manuteneri pontem Nurie habentibus^{9|} et tenentibus domos et possessiones de Montali sive de sancto Bernabove.¹⁰

Addita sunt statuto quod incipit: «Statuimus quod omnes anditi et latrine et cetera»^{11|} verba hec:^{12|} «In pena decem sol(dorum), salvo quod si fuerit sibi denunciatum seu preceptum quod tunc^{13|} si fuerit in contumacia faciendi iuxto impedimento cessante^{rrr} puniatur».¹⁴

^{PPP} si aggiunto nel soprалineo.

⁹⁹⁹ in civit(ate) aggiunto nel soprалineo.

^{rrr} segue et c(etera) depennato.

Addita sunt statuto quod incipit: «Nullus teneat porcum et cetera» verba hec in fine: ¹⁵| «Et hoc habeat locum post quinque dies a die quo fuerit preconizatum per civitatem». ¹⁶|

Addita sunt statuto quod incipit: «Cum magistri gramatice et cetera»: «et custodis ¹⁷| sive guardis et aliis quibuscumque oneribus personalibus et cetera, et idem intelligatur ¹⁸| de advocatis collegii civitatis Placen(tie), et quod magistris gramatice observetur ¹⁹| eorum privilegia tam in personalibus oneribus communis Plac(entie) quam in realibus». ²⁰|

Addita sunt statuto quod incipit: «Providentes utilitati et cetera et aliunde undecumque ²¹| sit et cetera»: «absque eo quod aliquid solvant pro introytu alicuius paratici ²²| et absque eo quod non sint de paratico nec compellantur ad intrandum aliquod ²³| p(ar)aticum».||^{112v}

Item statuerunt quod quelibet villa extra confinea civitatis Placen(tie) habens consulem ¹| teneatur et debeat in pena centum sol(dorum) singulis annis elligere unum ²| camparium de villa bonum et sufficientem cum feudo seu salario competenti, ³| qui camparius duret per annum et compelli possit ad dictum officium ca(m)parie ⁴| faciendum per ipsum annum, qui accusare et denunciare teneatur omnes dampnum ⁵| dantes in ipsa villa seu territorio. Et quod dicto campario de dampno ⁶| et extimacione ipsius dampni credatur sacramento eius usque in decem sol(dos) ⁷| Plac(entinorum) contra quamlibet personam cuiuscumque condictionis existat. Quam extimacionem ⁸| dicti dampni usque ad quantitatem dictorum decem soldorum iudex malleficiorum ⁹| teneatur absque aliqua condempnacione dari et solvi facere dampnum passo. ¹⁰| Et a quantitate decem sol(dorum) supra non credatur, nisi legiptime probatum ¹¹| fuerit iuxta formam iuris vel eciam statutorum communis Placen(tie). Qui ¹²| camparius electus teneatur infra decem dies a die ipsius electionis ¹³| comparere coram iudice malleficiorum ad iurandum de ipsorum officio bene ¹⁴| et legaliter exercendo. Ita tamen quod camparii illarum villarum que sunt ¹⁵| sub potestariis valium Tarii et Ceni, Castriarquati, Florenciole et ¹⁶| Castri Sancti Iohannis teneantur et debeant dictum eorum officium iurare coram ¹⁷| eius potestate sub cuius iurisdicione sunt dicte ville. Et quod notarii ¹⁸| qui scripserint sacramenta dictorum campariorum non possint auferre nisi ¹⁹| .VI. denarios a quolibet campario pro dicto sacramento et scriptura. Et quod ²⁰| predicti camparii teneantur omnes et singulos dampnum dantes in dictis ²¹| villis seu territoriis eorum accusare infra quindecim dies a die da(m)pni ²²| dati, in pena et banno .X. sol(dorum) pro qualibet vice, cuius pene medietas sit ²³| communis et alia medietas domino dampnum passo aplacetur.²⁴|

Addita sunt in solucionibus et salariis notariorum ibi ubi dicitur: «et ²⁵| pro qualibet carta testata» et cetera: «procurator tutele, cure et emancipacionis».||^{113r}

De nobilibus sublatis¹

Cum multi sunt habitatores in districtu Placen(tie) qui sub colore et nomine ²| nobilium defraudent comune dicte civitatis in oneribus tam realibus quam ³| personalibus persolvendis, statuimus quod decetere nullus possit uti privilegio ⁴| dicte nobilitatis, sed omnes habitantes in districtu Placen(tie), si fuerint laboratores ⁵| terrarum vel exercuerint aliquod artificium propriis manibus vel fuerint tabernarii ⁶| seu hospites, teneantur omnia onera tam realia quam personalia seu mixta ⁷| subire cum hominibus ville in qua habitant, nullo privilegio, consuetudine, ⁸| prescriptione seu inmunitate^{sss} vel sentencia que super hoc fuisse lata obstante. ⁹| Si autem fuerit de progenie nobilium vel non exercuerit aliquam artem vel ¹⁰| artificium vel non fuerit tabernarius vel hospes et habitaverit in districtu Plac(entie) ¹¹| vel eciam non habitaverit, teneatur se scribi et poni facere in civitate ¹²| Plac(entie) in ea vicinia in qua ipse vel eius antecessores ultimi habitare consueverunt. ¹³| Et si de hoc esset questio seu dubium in ea vicinia in qua decreverit, ¹⁴| potestas seu eius vicarius cum consilio sapientum presidencium negotiis ¹⁵| communis in omnibus oneribus realibus et personalibus seu mixtis i(m)ponendis ¹⁶| per commune Placen(tie) ponatur et ipsa onera ibi substinere debeat. Et si quis ¹⁷| contrafecerit, puniatur et condempnetur qualibet vice in decem libris Placen(tinorum), ¹⁸| et nichilominus ad predicta observanda compellantur et teneantur. Cuius ¹⁹| pene medietas sit accusatoris et alia medietas deveniat in comuni. ²⁰| Et nullus possit tanquam nobillis ad aliquod onus communis Plac(entie) ²¹| compelli.²²

Liber quintus²³

Hic sequitur statutum de novo factum de pena faciencium contra ²⁴| honorem domini nostri.||^{113v}

Addita sunt statuto de dampnis et guastis hec verba in fine: ¹| «De quibus omnibus suprascriptis possit et debeat iudex mallefiorum per se cognoscere et ²| difinitive sentenciare consilio sapientis partis non suspecti, si de hoc fuerit ab ³| aliqua parcium requisitus, ad banchum suum absque eo quod sententia legetur sive ⁴| feratur in consilio generali vel in publica contione». ⁵

Addita sunt statuto sequenti quod incipit: «Repellatur et cetera» verba hec: ⁶| «Que prescriptio quatuor mensium non vendicet sibi locum in malefactoribus qui ⁷| principaliter dampnum dedissent vel dari fecissent, qui malefactores accusari ⁸| possint a die dampni dati usque ad unum annum et non ultra». ⁹

Si bestie alicuius qui non sit de civitate vel episcopatu Plac(entie) dicantur fecisse ¹⁰| dampnum aliquod in aliquibus rebus, teneantur consules et homines ville vel ¹¹| loci seu in cuius territorii ubi reperte fuerint dicte bestie ad requisitionem ¹²| eius qui dicit se dampnum passum vel sui nuncii vel massarii capere et ¹³| penes se retinere impune tot ex

^{sss} segue seu depennato.

dictis bestiis quod ex eis possit consuli^{14]} et satisficeri dampno passo. Alioquin, dicti consules, comune et homines teneantur^{15]} emendare dictum dampnum. Quibus consulibus et hominibus teneantur ad^{16]} predicta fienda homines¹⁷ et ville cirstantes, si ab eis fuerint requisiti,^{18]} in pena predicta, dare auxilium cum effectu. Sed predicta locum non habeant in illis bestiis^{19]} pro quibus prestita fuerit ydonea securitas ad camaram communis Placen(tie) de^{20]} dampnis que fecerint emendandis.

Addita sunt statuto quod incipit: «Omnis qui acusaverit et cetera» hec verba in fine:²¹ | «Et nichilominus iudex coram quo fuerit dicta accusa delata, si sibi videbitur,²² | cogere accusatorem ad satisfacionem prestandam de substantiendo et probando²³ | accusam in pena et sub pena .x. librarum». ²⁴

Addita sunt statuto quod incipit: «Quicumque inventus fuerit portare arma et cetera» hec verba:²⁵ «Pedes et eques et cetera, excusetur eques si reperiatur habere capellum vel eius familia vel si notaverit se ad villam ire».||^{114r}

Addita sunt statuto de ratu mulierum verba hec in fine:¹⁾ «Salvo quod si accepit ipsam in uxorem non puniatur corporaliter sed in centum libris²⁾ Plac(entinorum) condempnetur».³⁾

Statuimus quod in omnibus et singulis suprascriptis delictis, si committeretur de nocte vel in⁴ platea civitatis vel in domibus communis, pene debent duplicari et intelligatur⁵ nox^{uuu} a pulsacione campane que pulsatur in serro ad Avermariam usque ad campanam⁶ que pulsatur in mane ante Avermariam. Et predicta locum habeant in pendentibus et futuris.⁷

Addita sunt statuto quod loquitur: «Quicumque fecerit mondare et cetera» verba hec in fine: ⁸ | «Et quod omnes mullinarii qui ducunt vel duci faciunt rivos per civitatem Plac(entie) teneantur ⁹ | mondare dictos rivos semel in anno et exportare mondicias eorum expensis in ¹⁰ pena .LX. sol(dorum) Plac(entinorum) pro qualibet vice et quolibet ipsorum. Et nichilominus ad predicta teneantur». ¹¹

Addita sunt statuto quod loquitur de penis vicinarum non capiencium malefactores verba
hec: ^{12]} «Et ad quas penas solvendas contribuere teneantur et solvere omnes stacionarii et
becarii, ^{13]} sive tenentes staciones sive tabernas sive becarias in dictis vicineis, quocumque
nomine ^{14]} censeantur, non obstante quod in dictis vicineis non morentur cum familiis et que
supradicta ^{15]} sunt non vendicent sibi locum in vicinia sancte Marie de Bigulis». ^{16]}

^{III} segue ho(m)i(n)es iterato.

uuu -x finale corr. su altra lettera.

Addita sunt statuto quod incipit: «Si quis furatus fuerit canem et cetera» verba hec: ¹⁷ | «Et nichilominus teneatur ad restitucionem domino canis». ¹⁸

